

70 70 12
6 6 12
8 16 B
11.

Adami ZaluZanii a Zaluzaniis

METHODI HERBARIAE
Libri Tres.

Quale suæ terræ plantæ decus, ordinis usu
Arti plantarum ponitur ima manus.

Col: Rom
Cat.

Soc: Jesu
Inscr. B.S.

Johan Terentiu



PRODIT FRANCOFVRTI
E Collegio Paltheniano.
ANNO M. DC IV.

Theophraſt: de Hiſtoria plantarum
lib. 4. cap. 2.

Propria itaq; priuatim, communia publice contemplari congruum eſt.



PRAEFATIO

AD MAGNIFICVM ET SVMMIS DOCTRINARVM ORNAMENTIS PRÆDITVM VIRVM, DOMINVM IOhannem Baruuitium. I. V. D. S. C. Maieſtati a Conſiliis & Secretis Imperij.

Herbariæ in ordinem digeſtæ.

FALSO querimur de nonnullis artibus, Vir Magnifice, & Mecœcenas optime, quod prolixæ, & occaſione deſtitutæ, neq; uſu faciles ſint, & humani æui vincant ſpatia. Nam contra reputando, artes omnes per ſe breues, & expeditæ ſunt, magisq; hominibus rectus vſus vitæ; quam ſpatium deeſt. Sed dux atq; Imperatrix omnis perceptionis Logica eſt quæ ſi teneatur, vt quæq; ars eſt, ſic animo traditur, quippe qua rerum vnde notio ducitur, principia continẽtur: ſin negligatur, vbi error ſe ipſum irretiuit, pernicioſa vitiorum incertitudine, in immenſum auctus, artium difficultas accuſatur. Suam quippe culpam homines ad res transferunt. Cæterum e naturalibus artibus inpr ;no vſui eſt, plantatura, quæ circa ſtirpes verſatur, de cui ate quia multi dixerũt, prætereundum puto, ſimul, ne p intiam quis putet me-

met ſtudium meum laudibus extollere. Sed ea non minus quã medicina hominum vitiis vrgetur. Nam (vt a capite ordiar) in omnibus artibus aliquis finis ſtatutus eſſe debet, quo præcepta propria ab alienis & extrinſecis diſcernantur. At contra quis eſt tot ſummorũ authorum ?quin artẽ hanc nulla præpoſita definitione,cum aliis artibus,præſertimq; medicina,& œconomia confuderit,non per ſe tradiderit. Etiam plurimi intra modum ſubſtiterunt & vna aliqua parte intenti,ut herbarũ figuris, aruis, hortis totam artem hanc diſſiparunt potius,quam tradiderunt. Definitionem ſequuntur generales diſtributiones totius artis in proprias plantarum partes,& depulſionem noxiarum propriarumq; partium in internas ſiue inſitas & extrinſecus aſſumpta principia. At ne hæ quidẽ vſquam expreſſæ ſunt, niſi forte quis Theophraſtum internas partes Hiſtoria aſſumptas,cauſis plantarum diſtinxiſſe exiſtimet. Iam internæ parti ſuæ rurſum ſubdiuiſiones ſunt,in partes iuxta & genera plantarum. In partes quidem primas,& ex primis compoſitas, quas in medicinæ doctrina vniuerſales, & loca appellare ſolemus. Primæ ſunt,plantę definitio: affectio ætatis,valetudinis, morbi: vires naſcendi,creſcendi,germinandi: moles corporea,quæ vires ſuſtinet, ut ſuccus velut ſanguis,& ipſum corpus,caro,lignum,compoſitæ vero ex his, intus circumſcriptæ viſcus,cortex,lanugo,forinſecus radix,ſtipes,iſq; varius: herba, cremium, arbor, frutex. Eadem interna pars genera plantarum,ex partibus his conſtituta gradatim complectitur, & generaliſſimis quibuſq; minus generalia ſubnectit,vt plantæ quidem imbecillius genus tum quod proprie robur appellant: imbecilliori generi ſimpliciſſimum & velut excrementum terrarum & aquarum, fungos, & muſcos, & abſolutius,plantas arũdinaceas,leguminoſas,ferulaceas,aranaceas, oleraceas,ſeu ſiliquaceas,marrubiaceas,ſeu ſpicas,ſarmẽtoſas:tũ pari ratione robori cõiferas, querqueras,pomiferas.

Sed

Sed & hæc in terra & in ipſis plantis inſita, commentis hominum obſcurata ſunt, & ex aliena libidine magis quam ex ſe, principiiſq; Logicæ, celebrata: partes plantarum omiſſæ (nam quas Theophraſtus in Hiſtoria ſua attigit, interpoſitis ipſis ſpeciebus, ob confuſionem minus apparent, ipſa doctrina incertæ factæ) genera externis rebus oppreſſa, & cõmutata, alio authore aliud admiſcente. primas appellationum literas, odoramẽta, vnguenta, alia medicamentorum genera, alimenta, coronas, & alios vitæ uſus. Multi quoq; ex ſtipitis ſpeciebus herba, cremio, arbore, frutice, plantas diuiſerũt. At ſtipes hic nõ minus quã aliæ partes, omnibus plantis communis eſt, ideoq; generatim & per ſe tradendus. Neq; enim imbecillius genus herba, neq; robuſtius arbor tantum inuenitur, ſed & illic arboris ſpecies, vt inter leguminoſa anagyris ſeria, colutea, & inter oleracea dendrolachana: & hic herba cremiumq;, ut erica, myrtillus punica. Igitur in tanta primarum literarum, vtilitatum plantarum varietate, & propriarum partium multitudine, non ſuperiora genera ſpeciebus ſuis, non ſpecies generibus, non ſibi quæq; ſpecies etiam iuratiſſimæ & proximæ relictæ, ſed longe inter ſe diſtractæ ſunt, ut apud Dioſcoridẽ: a Iuno Cyperus, a croco, colchicũ, ab Iride & aliis arundinaceis acorus, ſena a leguminoſis plantis thapſia a ferulaceis, hieraceum a chondrilla, ſiſymbrium a mẽta, ſcammonium, a ſoldanella, aliiſq; volubilibus cucumis ſilveſtris a ſatiuo, Itemq; colocinthis. Nam quid iam alteram generalem plantarum partem memorem, de aſſumptis principiis, quorum prima ſunt, naturale, & agricultura in medicina naturali, & manuario reſpondentia: ſub-alterna vero ſeu media, & quaſi interiecta, complura, ut: Naturalis quidem generis, primum vis & poteſtas, viribus internis congener efficiendi quamque partem, quæ cum corpori admouetur, medicamẽtum dicũtur, a Cœli ſideribus, quadripartita anni diſtinctione, a terrarum

& aquarum differentiis, a meteoris, cuiq; generi propria: deinde alimentum & situs plantarum natura quaq; sic se extollente, & vires in promptu habente, vt alimenti idonei copia est. Nec minus in agricultura, manibusq; hominum, quam in solis externis naturis stirpibus subsidii est. Quippe & substantiam virium corporisq; plantarum, per prædictas naturas, & quantitatem modumq; per se, ridica, putatione, multisque aliis, promovet. Nimirum hæc quoque assumpta & auxiliaris plantaturæ pars confusione sublata est. Postremo depulsio circumstantium noxarum tam naturalium, ut frigoris, rubiginis, quam vulnerum & plagarum a tempestatibus animalibus, ipsisq; cultoribus, similiter aut omittitur, aut cum aliis separati generis partibus, contra naturam, permiscetur. Me vero non pœnitet, omnibus rationis legibus singula plantaturæ præcepta effingere studuisse, infinitamq; rerum multitudinem incertis quasi sedibus vagantem distractam pariter & confusam, ordinis modo adstringere: & hanc quoq; artem ex se ipsa, vsuq; suo, (quoad eius facere potui) describendam suscepisse, cui medicina maxime cognata est, cuiusq; potissimum non modo vsu iuuari, sed etiam exemplo approbari & illustrari potest. Cuius instituti mei rudimenta hæc ante decem, aut plures eo annos, excusa quidem illa sub nomine illustris Herois ac Domini, Domini VVilhelmi de Rosis, verum ob inopinatum obitum patroni suppressa, & velut eodem fato intercepta in lucem reuocare statui, & tuo nomini, Vir amplissime, adscribere, vt pote cuius opera potissimũ Inuictissimo Imperatori supplicum preces quasi prælibatæ offerantur, & diuinis manibus consecrentur, ut si quod commodum ex hoc quoq; otio meo, Diui Cæsaris fauore tecto, studiis veniat, id tibi magna ex parte deberi omnes intelligant. Quare liceat ad te eius versibus vti, ad cuius vti nunc vicem proxime accedis:

Tuq;

Tuq; ades, incæptumq; vna decurre laborem, O decus, o ſtudii merito pars maxima noſtri, Mecœnas, pelagoq; volans davela patenti.

Amplitudini T.
addictiſſimus

Adamus Zaluzanius a Zaluzaniis Med. D.



METHODI HERBA-RIAE LIBER I. DE AETIOLO-GIA PLANTARVM.

Quid ſit herbaria Cap. I.

HErbariæ nomine vulgò comprehenditur permiſta, & confuſa quædam plantarum, ac medendi doctrina. Quare, nequid inſtituto deeſſe videatur, de utraq́; ea arte ſeparatim dicendum eſt. Medicinam enim Herbariæ connectere, conſuetudo cogit: ſeparatim verò utramq́; tradere Methodi lex exigit. Omnium enim artium doctrina ab uſu ſuo diſjungenda, & ſeparanda eſt, & antequam ſecum componantur, ut quæq́; prior eſt, ſingulæ et per ſe tractandæ ſunt. Ideoq́; Herbaria peculiaris quædam Phyſicæ pars, ut priuſquam cum alijs diſciplinis componenda ſit, ipſa conſtet, à Medicina diſtingvenda & diſiungenda eſt. Tentavit idem antè apud Græcos Theophraſtus, qui abſoluta Plantarum Hiſtoria libro 10. profitetur ſe deinceps medicos effectus traditurum: & apud Latinos Plinius. Nam libro 19. cap. 12. de naſcentibus in horto: Maximum quidem, inquit, opus in hortenſibus naturæ reſtat, quoniam proventus tantum adhuc, ſummaſq́; quaſdam narrauimus, vera autem cujuſq́; naturæ ratio, non niſi medico effectu cognoſci poteſt, opus ingens occul-

tumq; divinitatis, & quo nullum reperiri poßit majus. Ne singulis id rebus contexeremus justa fecit ratio, cùm ad alios medendi desideria pertinerent. Idemq; in reliquis plantis secutus est.

Herbaria itaq; est Physica Plantarum. Quod si quis usum & actionem spectet, ut definitur, Medicina benè medendi facultas, Ita communi vocabulo, ex suo fine, definiatur Herbaria, virtus plantãdi. Structura nominis ex ijs spectanda est artium vocabulis, quibus Græcorum more scientia subintelligitur, ut plena sit oratio, Herbaria scientia. Vsurpatur & à Plinio naturalis Historiæ lib. 7. cap. 56. Herbariam inquit, et Medicamentariam volunt repertam à Chirone Saturni & Phyllira filio. Sensus autem Herbariæ etsi specialis est, & ad partem duntaxat subiectæ huic arti materiæ pertinet; tamẽ in promiscuo usu factus est ad omnium plantarum doctrinam significandam. Cui Synecdochæ speciei pro genere occasionem dedit herbarum potentia, quas præcipuè mirata est antiquitas, & hanc solam fuisse antiquam medicinam, autor est Plinius lib: 24. cap. 2. Neq; absurdum erit (mea quidem sententia) vocari Phyticen, latinè plantaturã, ut phyticum plantatorem, quomodo literaturam, agriculturam, indicaturam, & id genus alia nominamus.

Distributio Herbariæ, & quid sit planta, cap. II.

Instrumen-

Inſtrumenta Herbariæ comparandæ, ſicut omnium artium, ſunt præter naturam, ars, & exercitium.

Ars Herbaria eſt doctrina plantandi, cujus partes duæ ſunt: Aetiologia & Hiſtoria.

Aetiologia eſt prima pars Herbariæ, quæ naturam communem omnibus plantis é ſuis cauſis interpretatur.

Planta itaq; eſt natura elementaris duntaxat (ut ita dixerim) naturata, quæ pangitur, hoc eſt infigitur terræ. Pangere enim eſt figere & immittere, unde pangi carmina ſunt dicta, quòd olim ceris figerentur, à quo fit paxillus, & contractum palus, exemtis duriuſculis elementis, ut ab axilla ala. Hinc verbum palo, id eſt vagor, quod caſtris, quorum rudes dicuntur pali, ſubindè ſolum mutatur, & item planta, quaſi palans, ut quæ more palorum paſſim (ut diximus) figatur, derivata ſunt. Eodem ſenſu ſtirps quaſi σεξξόπυς appellata eſt; noſtræ genti zroſtlina, Wyroſtlina, Weyſtřelek connaſcentiam, aut enaſcentiam & emerſum tranſlata ſententia latiné dixeris.

Quid planta ſylveſtris; quid item urbana cap. III.

Genera plantæ prima duo ſunt, ſimplex & compoſita, differentia verò notior, quàm ut indicare deceat.

De planta ſimplici antè omnia in univerſum, &

quæ ad cuncta ejus genera pertinent, tum ipsa genera communia dicemus.

In universum plantæ simplicis item causarum primarum rationem antè convenit dici, quàm ad effectum opus transeamus, quarum æstimatione planta est sylvestris, aut urbana.

Sylvestris est quæ sola natura, & per se constat, ut pinaster.

Vrbana, & placidior planta est quæ agricultura, & hominis cura ingenioq; fit veriùs quàm nascitur, metaphorâ ab hominis cultu sumta. Quanquam enim planta, ut omnis rerum natura, seipsam efficit, & tuetur, ut idem sit opus causæ, & causa operis efficiens (ut suo loco clarius apparebit) tamen in cunctis his naturæ operibus, quæ connectenda aut disjungenda, & quovis modo disponenda sunt, (ut est satio, alimenti subministratio, putatio, & his similia) ars & cura hominis plus penè valet, quàm ipsa natura, quæ cùm affertur coli à nobis terra dicitur. Et verior fuit Hipponis quàm Theophrasti ab ipsa censura sua notandi, sententia, omnem scilicet plantam & sylvestrem & urbanam effici posse id est cultum adeptam, aut non adeptam. Nam in omnibus plantis, ut homogenea sociandi, ita heterogenea & aliena separandi, homini facultas est. Et hæc quæ natura sua sylvestria Theophrastus appellat, quæq; culturam pati, & mitigari posse negat, ut lupinum, laserpitium, abies,

capparis

capparis, cum naturæ peritis inculto, id est naturali, & suo loco redduntur, humana ope juvantur.

Agricultura autem est ipsa, ut ita dicamus, urbanæ plantæ factura, & administratio naturæ. Vulgò non omnium plantarum hic profectus in nominando in Agricultura comprehenditur, sed earum duntaxat, quæ ex satione terra sint natæ ad fruendum. Omnium tamen in universum cultus hoc nomine dici potest, pari ubiq; naturæ gratiam referendi facultate. Itaq; quicquid de Herbaria dicetur, cùm hominum opera accesserit, Agricultura erit.

Sunt autem hujus artis & culturæ partes quædam propriæ in villa, & ijs propter quæ ædificatur, ut sunt res, quibus planta colitur, quæ dividuntur in duo genera; in homines & adminicula hominum, sine quibus rebus colere non possunt.

De usu plantæ, & de vindemia facienda, de condenda, atq; permutanda planta generatim, cap. 4.

Et hæc de causis efficientibus plantæ, Effectum ipsum constat individuo, & specie. In hoc enim naturæ plantarum ratio omnis sita est, generari, ut sint in præsens, & generare ut in perpetuum esse poßint.

Individui plantæ partium consideranda est affectio & genera.

Affectio est earum præsentium potestas ad uten-

dum, quæ solo cultu ingenioq; hominum constat. Itaq; inter oracula Agriculturæ primum est, summam omnium in hoc spectando esse, ut omnis opera ad copiam utendi referatur, & fructus is quàm maximè probetur, qui quàm minimo impendio constaturus esset, utilißimeq; terram cultum iri, veteri proverbio, malis, id est vilißimis, bonis.

Facultas utendæ plantæ continetur ejus comparatione, & ipso usu.

Comparatio rursus cōstat legenda, & tuēda planta.

Collectio plantæ communiter vindemiæ nomine dici potest. Etsi enim vindemiam haud dubiè vini demendi argumento appellamus; tamen ad aliorum fructuum quoq; perceptionem transfertur, ut mellatio, id est, collectio mellis frequenter ab autoribus vindemia & vindeminatio vocatur. Nec improbè dicatur Herbatio, sicut Herbarius, qui peritus plantarum eas colligit. Meßis autem proprio nomine dicitur in ijs, quæ metimus, id est, media subsecamus, et manu sinistra sūma prehendimus, propter quod messem convenit dictam. Inprimis autem curā impendere oportet ut singula ad usum, & durationē quàm maximè sibi constantia, & valentißima demetantur, ut pæonia senescente, & sicca Luna, alysson canis ortu, pleraq; omnia cum Sol rores abstulerit, paulò antè meridiem.

Tutela & custodia plantæ casæ est impendentis vitij, causarumq; infestarum naturæ, depulsio. Cujus partes

partes ſunt conditio , eiq; contraria promtio.

Conditio eſt prima pars tutelæ , quâ planta tegitur contra mala contraria , ut quàm diutiſsimè incolumis ſervetur.

Conduntur igitur quædam nuda & ſe ipſis contenta, quædam in vaſis.

Nudæ ſimpliciq; conditioni conveniunt loca ſublimia & ſicca, quæ perflantur vento ab exortu & Septentrionum regione. His contrarius & vitioſus locus eſt, ad quem Sol penetret, aut ulla aura humida Auſtri, vel ex propinquis locis adſpiret, tum pulvis, fumus, araneæ, muſcarum excrementa , mures, & cætera animalium noxia accedant.

Nuda & aperta plantarum, ſervantur vel per ſe, utq; lecta ſunt , vel arte adjuta contrà corruptionem impendentem, varioq; modo præparata, & quaſi præmunita, ut quidam ipſum triticum conſpergunt amurca, item alius aliud adfriat aut aſpergit, & alia complura mangonum adverſus naturæ jus ſunt machinamenta, ut Ariſtoteles in 20. ſect. tradit cucumeres propè puteum ſatos, in puteum demiſſos, toto anno virides haberi poſſe.

Et hæc conditio ſimplex eſt ,alia ſimul cum loco vaſis conſtat. Vaſa autem, in quibus lecta ſerventur, ſunto fictilia, vitrea, lignea, utres, aut ſacculi coriacei , quibus ſolidior eſt ad defenſionem materia.

Sic rapa conſecta in ſynape, vaſe ſervatur, rhabar-

barum

barum in milio, fructus in melle aut saccaro. Flos cichorij simul decerptus sit, colorem naturalem, et cum eo simul vim suam deperdit, Itaq; è vestigio saccaro in vasa conditur. Item hujus generis alia.

Sequitur promptio, de cujus fine, tempore, & modo promendi animadvertendum est.

Promuntur condita quædam propterea quòd tuenda sint, ut quæ vitium facere incipiunt, ut noxia tollantur.

Et quoniam διαμονὴ id est ætas et duratio avulsæ plātæ, alicujus brevior, alicujus longior invenitur, cum primis animadvertendum est, quid quoq; tempore promi oporteat. Alia enim quæ manere non possunt, antequàm se commutent, ut celeriter promantur, ut nux juglans vetustate fit aridior, itaq; quanto citius promas, tanto jucundiore utare. Alia quæ servari possunt, ut tum promantur cùm maximè opus est.

Non nulla cum periculo promuntur, ut sub terra qui habent frumentum, inquit Varro, in ijs quos vocant σειροὺς cum periculo introitur, recenti apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima. Itaq; aliquanto post promere, quàm aperueris, oportet.

Ita se habet comparatio plantæ, quam sequitur ipse usus, aut permutatio, in qua videndum ut tempori omnia promantur, & cum caritas est. Sed tamen publicè precio modum adhiberi interest vitæ. Qui locus in admirationem curæ priscorum, diligentiæq; animum

nimum agit, constituta ædilitate, cui, præter cætera, hujus quoq; permutationis, & usus è plantis cura esset. Quam ob causam compluribus statuas statutas esse refert Plinius, (naturalis historiæ lib: 18. cap. 3.) Eâdemq; de causa Demetrium quendam à tota seplasia, Neronis principatu, accusatum apud Consulem (lib: 34. cap. 13.) Quare precia plantarum, quanquam alia in alijs locis sunt, & omnibus penè annis mutantur, poni tamen necessarium erit, exemplo Homeri & Plinij, quæ vel plerunq; erant, vel sunt hac nostrâ memoriâ in vicinijs, ut exprimatur rerum communicatio & autoritas.

Permutatio cùm aliarum rerum túm vel maximè plantæ partium, singularis est aut varia.

Ad singularem Cato requirit, & inter prima spectari jubet in villa, ut propè sit oppidum validum, & navigiorum vel itinerum evectus.

Invaria ponendi sunt mercatores, & mancipes, & perditi illi (ut Galeni verbis utar) omnigenarum rerum coëmptores, Græci ξωποπῶλας vocant, annonam flagellantes, quorumq; arbitrio sæpius quàm sua autoritate plantæ constant, & æstimantur.

Partis consimilis plantæ definitio, & elementorum in ea mistio, & alteratio mutua, cap. V.

C Et

Et hactenus ſit partium Individui affectio, genera duo ſunt, planta propriè dicta, et fœtus. Sic enim Theophraſtus diſtinguere jubet, negatq; plantæ partem eſſe florem, aut fructum, non minus quàm animalis fœtum.

Plantæ propriè dictæ pars item duplex eſt, conſimilis, & condiſſimilis.

Conſimilis eſt plantæ pars ſenſus judicio minima, & individua, ut humor, vena, caro, nervus, &c. Græca lingua ὁμοιομερῆ, nomen imponitur, quod Theodorus Gaza latinè vertit ſimilare, haud aptâ ſignificatione, qua propriè non ipſa ſui ſimilis pars, ſed aliquid ad eam pertinens intelligitur, ut conſulare, aut militare dicitur, quod conſulis, aut militis proprium eſt.

Conſimilis partis diſtingvenda ſunt elementa, & genera.

Elementa ſunt velut particulæ conſimilis partis, quæ ſenſus judicium effugiunt.

Quorum ſimiliter primùm affectus, tum ſpecies animadvertendæ ſunt.

Elementorum affectus eſt miſtio, & alteratio ſui mutua, & commenſuratio quædam, comitibus qualitatibus ſecundis.

Movendi autem, & conſtituendi miſtionem hanc elementarem, in eamq; agendi ratio duplex eſt, ſed alijs nominibus ab alijs appellatur. Theophraſtus

phrastus volumine 6. de causis plantarum cap. 9. internam & externam nominavit. Morborum, inquit, initia sicut in animalium genere vel intrinsecus vel extrinsecus contrahuntur. Galenus in arte cap: 85. necessarij & contingentis seu fortuiti nominibus utitur. Alteratur corpus (ait) à nonnullis necessario. Dico autem necessario quæ nulla est evitandi ratio. Nam aërem nos ambientem semper attingere, comedereq; ac bibere & vigilare & dormire necessarium est, ensibus autem & exitialibus feris occurrere non necessarium.

Internus itaq; seu necessarius motus & actio mistionis elementaris est, quæ ab ipsa mistione existit, eaq; vis aut vigor & habitus quidam suiipsius movendi, & impellendi, potentia, & facultas naturalis dicitur.

Motus & actionis hujus internæ spectanda sunt subjecta & genera.

Subiecta duo sunt, materia quæ mutatur, & ipsa elementorum mistio in quam mutatur & transit, de quibus optimè Galeni verbis, è lib. 3. de Temperamentis, dicemus.

Ac maximè quidem (inquit) propriè sola ea potestate esse dicimus in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutionem venit, utiq; si nihil ei extrinsecus impedimento sit, præterea quæcunq; eorum, quæ fiunt, continentes sunt materia, nec refert continentes, an convenientes, an proprias dicas: quippè cum omnibus indicetur, quod propinquum est, quodq; nec alia intercedente mutatione sic dicitur, verbi gratia: Cùm sanguinem potestate carnem appellas, quoniam minimam mutationem ad carnis generationem requirat. At non qui in ventriculo habetur concoctus cibus, continens carnis materia est, sed priùs fiat sanguis oportet. Longiùs etiam absunt maza & panis: quippe quæ ut caro fiant, tres sui mutationes requirunt. Cæterum hæc quoq; omnia potestate caro dicuntur. Etiam antè hæc ignis, aër, aqua, terra.

Ex quibus apparet, materiam mistionis elementorum & potentiæ naturalis eam esse, quæ potest ad absolutionem, perfectionemq́ue pervenire, quæq́ue licet extrinsecus accidat, postea tamen fit ἰκεία, & in duo genera dividi, remotum & continens: ipsam vero mistionem, quæ jam expressa est expletaq́ue omnibus suis numeris & partibus.

Circa hæc subjecta, motus interni, & facultatis naturalis certa quædam genera versantur, ut attractio, retentio, alteratio, & expulsio.

Attractio est facultas mistionis suprà dictæ, quâ materiam ad se trahit & sibi copulat, ut vitis brassicam & laurum olfacere, & attrahere dicitur, tum recedere, & averti, inimicum odorem fugiens.

Retentione verò, & alteratione continetur ipsa absolutio & materiæ transitus in mistionem elemẽtarem. Sic ex intereuntibus rebus naturæ identidem fiunt aliæ, quod vulgo Philosophorum dicere in more est, ex genere privationis ad formæ habitum.

Expulsio est post alterationem reliqui materiæ, quod confici, & mutari non potuit, segregatio.

De poteſtate & natura cœli ad plantas, cap. VI.

Et de subiectis motus & actionis internæ hactenus,

nus, proximum est ut de generibus dicatur, quæ duo sunt naturale, & præter naturale.

Naturalis motus, & actio mistionis est, quæ moderatione, & temperatura elementorum, cujusq; naturæ plantæ convenienti, constat. In ea, materia supra exposita propriè dicitur Alimentum, cujus species remota (quam diximus) per subiectas sibi rerum naturæ partes subijcienda contemplationi est, primúmq; cœlestis cura subit, inde transibimus ad elementarem naturam. Confitendum est igitur cœlo maxime constare plantarum alimoniam, ut proverbium inde natum sit: Annum fructificare non tellurem. Quippe Anaxagora ad Lechinium scribente solem esse plantarum parentem, terram matrem, ac Virgilio vate jubente prædiscere ventos ante omnia, ac siderum mores. Itaq; si perpetuò unus tenor, & æqualis cœli status esset, & suum cuiq; cœlum semper sufficeret, non absurdum fuerit usu venire, quod Empedocles inquit;

Perpetuis folijs, & toto fructibus anno
Vbertate vigent,

semperq; plantarum natura valentißima esset, & æqualiter, constanterq; se haberet. Nunc verò unà cùm cœlo sæpius variat. Quo circa non ab re discretis temporibus vindemias faciendas præcipiunt, ut alysson herbam Sirio tantùm ardente, ad canum rabiosorum morsum, evellendam tradit Galenus: quo scilicet tempore, & anchusæ radix sanguineo

manat succo, & scorpiones capiuntur. Suis enim quæq; plantæ sideribus vigent, ideoq; sub ijs potissimum vires exercent, & aliquando sola externa cœli vi, ut cum herbacea, & annuo satu provenientia statim eblandiente, & evocante cœlo, germinant: aliquando è diverso permista cum plantæ essentia, & hoc modo accessione ad vires naturales facta. Hæc cœli varietas & inde plantarum robur observatur præcipuè exortu, occasuq; stellarum, quas affixas mundo vocamus, quadripartita anni distinctione, hyeme, vere, æstate, & autumno.

Hyemis nomine intelligenda est tota ejus latitudo, ut cum hyberna germinatio traditur, qualis est amygdali, & ab ea proximè armeniaci, itē mandragoræ, finis hyemis intelligitur. Nihil enim stantibus frigoribus germinat, sed demum abeuntibus.

Ver æquinoctium hybernum inchoat, quo plurima aluntur, & excitantur, flare incipiente vento Favonio. Hic enim est genitalis anima mundi à fovendo dicta, qua moventur è terra vivescentia.

Initium æstatis est vergiliarum exortus matutinus, quo tempore olea, & vitis concipiunt, & hoc sidus illarum est.

Similiter quædam aluntur maximè canis ortu, quædam arcturi, ut, præter cæteras, punica, ficus, vitis.

De ali-

De alimento plantarum ex aëre, aquis, & terra cap. VII.

Brevi prædicta cœli, & ſiderum ratione, nunc de alimento plantarum remoto, quod ducitur ex elementari natura, dicemus. In eo prima ſunt ipſa elementa, de quibus ſingulis juxta & inter ſe compoſitis aliqua dicenda ſunt.

E ſingulis aërem commodiorem agricultura præſtare non poteſt, deligere poteſt, & magna cautio eſt, quod cœlum cuiq; plantæ miſcendum ſit.

Aquæ verò diverſi generis puris utiliores ſunt, ut cùm permiſtarum altera dura admodum, & quaſi incocta, crudaq; eſt, altera mollis, & placida, vel etiam cùm aliquem terrenum ſaporem alterutra ſapit, ut turbulentis, ſtercoroſiſq; humoribus evenit. Ideò ſæpè tenuis puraq;, craſſæ impuræq;, & putealis mananti, conveniet.

Terram fœcundam, prætereaq; ſolutam & levem eſſe convenit, quo facilius alimentum plantis ſubminiſtret. Id aſſequitur aliâs per ſe, ut cùm hyeme etiamnum laſſa, edito partu, requieſcit, ſimilis reſpiranti, quando nihil eſt in opere naturæ, quod non aliquam remiſsionem, & exemplo dierum noctiumq; aliquas vices feriarum velit: aliâs ſubactione, & ſtercoratione. Nam illo quoq; modo tellus ſolvitur, & fermenteſcit. Stercorationis autem tempus determinant Favonio flante, ac Luna ſiti-

ente,



ente, & decrescente, mense quem plantæ pro sua quæque natura desiderent, mirumque in modum augeri ubertatem, effectusque ejus, tali observatione.

Sunt & quæ pulvere proficiunt, ut maxime uvæ, quas non nulli pubescentes pulverant, vitium arborumque radicibus pulverem aspergentes, quod & Virgilius admonuit cum diceret:

Solicitanda tamen tellus, pulvisque movendus:

Theophrastus autor est Megarenses & peponibus sarculo pulverem excitare solitos, flantibus ventis anniversarijs.

Sed vel maximè permista, & composita invicem elementa plantas alunt, quod Aristoteles post Hippocratem & Platonem lux doctrinarum altera lib. 2. de generatione animalium tradit his verbis:

ἅπαντα γὰρ πλείοσι τρέφεται, καὶ γὰρ ὅσα περ ἂν δόξειεν μάλιστα μόνῳ ἑνὶ τρέφεσθαι τῷ ὕδατι τά φυτά, πλείοσι τρέφεται, μέμικται γὰρ τῷ ὕδατι γῆ διὸ καὶ οἱ γεοργοί πειρῶνται μίξαντες κόπρον ἄρδειν

Id est: cuncta pluribus nutriuntur. Etenim quæ videri poßint maximè sola nutriri aqua plantæ, pluribus nutriuntur. Miscetur enim aqua terræ, quapropter agricolæ admista spurcitie plantas irrigant. Et ideò quæ vivunt in aquis, ut lenticula, maximam partem, non nisi in stagnantibus, & impuris nascuntur. Itaque subactio terræ, hoc quoque nomine utilis est, quia laxatis spiramentis, aër humo miscetur, præbetque vaporatum quendam humorem, & alimoniam idoneam, ad hæc terra quasi in se pen-

se pendens si arida sit humectatur, sin palustris exsiccatur, consecutis præsertim paulò mox moderatis æstibus.

Plantarum alimentum de Meteoris cap. VIII.

Elementis connexum est ex alijs rebus, in eis, & ex ijs nascentibus, plantarum alimentum, in quibus præcipua Meteora sunt. Quippe primùm & tonitrua plantis prosunt, terrâ hoc modo concussa, deinde flatus commodi locum compotem esse necesse est, tùm imbres cœlo decidui præcipua sunt causa, & cibus terrâ nascentiã. Itaq; cum copiosius accesserint, omnes ferè melius habent. Præcipua verò commendatio est Aquilonijs & frigidis imbribus, qui & plantas adstringendo roborant. Omnino nives utilißimæ sunt, si magnæ et diutinæ sedeant, quòd liquorem præbent purum, levißimumq; siquidem nix aquarum cœlestium spuma est. Præterea sensim, non universim ingurgitant, inundantq;, sed, quomodo sititur, distillant, & velut ex ubere alunt omnia. Huc accedit, quòd & animam evanescentem exhalatione, includunt, & comprimunt, retroq; agũt in vires terræ, & plantarum. Ex quo apparet, qui jußit agricolas hyemes serenas orare, eum contra plantas vota instituisse, & hyberno pulvere lætiora farra fieri, redundantis ingenij ubertate dictũ esse.

De ſucco plantarum, ejuſq; vindemia, & duratione, cap. IX.

Miazga, gi nak Sitta wa.

Remoti nutrimenti ratio indicata eſt, ſequitur proximum, ſeu continens, ſuccus plantarum, hic enim ſanguis earum intelligi debet, adeò neceſſarius, & proprius, ut ubicunq; planta ſit, ſuccum aliquem ejus intelligi neceſſe ſit, ut ex trichomanis ſpecie, quam capillum Veneris vocant, quanquam tactu arida, & aſpectu prorſus exuſta eſt, eâq; de cauſâ adianthum appellatur, tamen ex libris ejus quaternis, parum abeſt, quin tantundem exprimatur ſucci.

Succus plantæ differt odore, ſapore, conſiſtentia.

Color ſucci alijs ſanguineus eſt, ut agreſti fuſo, moris, uvis nigris: alijs viridis: alijs niger.

Magna & in odore differentia, ut nullus eſt ficis, citreis acerrimus: nec minor in ſapore, acido, dulci, acri, amaro. Diſtat invicem & conſiſtentia, nam alius tenuis, & aquoſus eſt, alius lentus & ſpiſſior, cui oleo nomen imponunt, de quibus plura ſingillatim in Hiſtoria, ſequēti volumine, dicentur.

Oleg.

Colligendi vero & faciendi ſucci ratio duplex eſt, græcis nominibus, diſcretior, Opiſmus & Chyliſmus, quàm latinis. Succatio enim, & liquatio, latinæ voces, quibus utemur, utriq; potius communes, quàm alterutrius propriæ videri poſſint.

Succatio eſt detractio, & collectio ſucci, per inciſuram emiſſi, quæ privata nomina, & ſua, in quo

quegenere ſucci aliquando ſortitur, ut lactiſuccatio dicitur lactei ſucci detractio.

Succus autem aliâs in vaſa colligitur, ſi copioſe manet, ut lactariæ, aliâs lana excipitur ut lactucæ, aliâs premitur, quo pertinet torcularium & hujus generis alia inſtrumenta.

Liquatio verò eſt ſucci ſeparatio, qui urendo, aut terendo, aqua infuſa, è plantis exprimitur, atq; ita ſtillamentum accipitur. Etenim minus hæ ſucci, idq; ſicci & aridi habent.

Ratio ſervandi ſucci item duplex eſt: liquor, & corpus.

Liquor conditur optimè in cella, cujus latus, aut certè feneſtras obverti in Aquilonem oportet, vel uſq; in exortum æquinoctialem: ſterquilinia, omniaq; odoris evitandi procul abeſſe, facillimo in ſuccos tranſitu, longiſſimaq; collecti, & reconditi annui mora eſt. In vitium delabentis argumentum eſt color ruſeſcens, odor & ſapor alienus, aut cùm perturbatur aut muceſcit, & in acetum vertitur, ſæpeq; ſubtus nubes, aut pili concreti, & veluti fila trahi videntur, neq; ungui inſtillatus ſtatim defluit. Reconditur autem crudus, aut decoctus.

Crudus ante omnia ſubſidet, deinde ex vaſis alijs in alia tam diu transfunditur, donec deſccatus tranſluceat, qua ratione conditur ſuccus malorum, mororum, & his ſimilis.

Qui coquitur primum igne lento perferuesit, mox colatur, & penitus expurgatur, ut quàm maximè pura synceritas constet, exinde superinfuso oleo pauco reconditur. Hoc modo servatur succus oxalidis, buglossi, intybi.

Corpus vero succo datur naturâ, aut arte, curaq; hominum. Naturâ, cùm callosus, & lentus, & pingvis, postcaquàm prosilijt, per se concrescit & densatur, frigore aëris coactus, aut calore siccatus.

Arte comparatur succo corpus, segregata nonnihil parte aquosa. Itaq; in totum validiores vires ex siccitate redduntur, aquoso succi humore exacto, ut liquatorum succorum quosdam insolant, aut lento igne exiccant, antequam condantur, ut succum aloës, glycirrhizæ, absinthij: Aristoteles l. de mist: aff: autor est, Vinum apud Arcadas in utres inditum adeò concrescere, ut rasum bibant.

Succo cohæret lacryma natura, est autem excrementum succi, ut inter autores convenit, expultrice facultatum naturalium exactum, neq; enim à se ipsa mota erumpit. Lacryma simili modo alia permanet liquida, ut vitis lacryma ex vulnere, alia solidescit, ut myrrha.

Duo utriusq; genera, gummi, & resina.

Gummi / Kly ftromowy. Gummi est lacryma aquosior, & præcipue quæ concreta densatur.

Tutela collecti est, ut servetur loco sicco, & odore

odore tetro vacuo, duratq; ſatis diu incolume. Poſtea verò quàm mutari cœperit, primùm pallidum ferè fit, mox ſubruſum, ad extremùm planè luteo colore.

Reſina eſt lacryma plantæ pinguior, quæ manans ex arbore, ibidem reſidet, unde & nomen ſortita eſt, ut liquida ex terebintho, larice: ſicca è lentiſco, quam propriè maſticem vocant. Pryſkyřice.

Pix eſt reſina arborum igne extracta, & liquata, & uelut combuſta. Smůla.

Et de alimento plantarum ſatis ſit dictum.

De corpore plantæ, ejuſq; qualitatibus cap. X.

Sequitur natura ipſius miſtionis elementaris, de cujus qualitatibus ſecundis pauca privatim animadvertenda ſunt.

Color plantæ corporis, ut ab oculorum ſenſu potiſſimum ordiamur, viridis penè proprius eſt, quia aquâ, terrâ permiſta, naſcuntur. Aqua enim ferè viridis videtur. Quod ſi diutius ſteterit, & ſordium terreſtrium aliquid contraxerit, ut jam putrida ſit, nullo ferè alio, quàm viridi colore ſpectatur. Qua de re in ſuggrundijs, ex ſtillicidio, muſcoſa quædam fit viriditas. Terra verò propriè nigreſcit, itaq; corpus viride, in quo jam deſinit aquæ humor, ferè nigricat ex virore. Quæ cùm ita

ſint, ſi plantæ natura conſtat potiſsimum ex aqua, & terra, rectè conſimili origini ſuæ colore viſitur.

Habent & in odoribus præcipuam gratiam plantæ, neq; alios in ſupplicationibus, & ſacris ſuis gentes nôrunt, quibus reddemus Ariſtotelis teſtimonium, qui de ſenſu & ſenſibili ἐν τοῖς *(inquit)* φυομένοις, τὸ τῶν χυμῶν μάλισα γίνεται γένος. *Terrâ enim omnium rerum naturæ ſapidiſsima eſt, propter mutationes, & affectiones ſui varias, cui quia plantæ proximæ & coniunctiſsimæ ſunt, fit ut & ipſæ omni genere ſaporum excellant, ut acredine pyretrum, ſalſedine crithmum, dulcedine glycirrhiza, pinguedine ſymphyti radix, amaritudine centaurium minus aciditate acetoſa, & acetoſella, acerbitate & auſteritate fructus agreſtes, & alij immaturi.*

Conſiſtentia miſtionis elementaris propria eſt dura, & ſolida, in eaq; omnis plantæ vis, & robur conſiſtit. Itaq; optima rerum parens aſsiduè, iam inde uſq; ab initio, quæ ſemel protulit, durare, & exiccare, & hoc modo perficere, atq; abſolvere nititur.

De generibus temperamenti plantæ cap. XI.

Diſtinguenda et genera temperamenti, quando aliud

liud eſt εὔκρατον, id eſt benè temperatum, aliud non item.

In exactè temperato genere, alimentum, & ipſam plantam quàm maximè inter ſe convenire oportet, ut pulegij temperamento exacto, æſtimatione aliarum rerum, ſicciſsimo, ſicciſsima tempora conveniunt, ut ſolſtitium pariter & bruma, quibus & parturit, & valentiſsimum ac firmiſsimum eſt. Eadem de cauſa ſabuletis lætius naſcitur, in pingui degenerat, & marceſcit.

In temperamento inæquali, quo elementa non exactè, neq; ex æquo miſcentur, partes invicem tam contrariæ jungendæ ſunt, quantus eſt temperamenti exceſsus, & primùm omnium ipſa inter ſe alimenta, qua ratione terram emendari terrâ quidam præcipiunt, ſuper tenuem pingui injectâ, aut gracili, bibulaq; ſuper humidam, ac præpinguem. Simili modo cœli exceſſus ventis temperari poteſt, ſi hyeme calidi, æſtate frigidi veniant. Deinde & plantæ nutrimentum contrarium miſcebitur, ut felicius naſcentur in tenuiore terrâ, quæ non multo indigent ſucco, ut cythiſus, cicer. Cæpa quoq; quia nimis humida, & viſcida eſt, tenue ſolũ diligit, in eoq; optima, quin & ſine ſolo repoſita germinat, cùm in uliginoſo marceſcat, & ſi ſeratur arida commodius exit, & plus proficit, ut ſectione 20. meminit Ariſtoteles, item melones propter naturalem humorem

morem locis sabulosis melius degunt, & id genus alia. Atq; hæc erit subiectorum motus & actionis internæ naturalis, ratio, nunc ad eius ætatem, & genera transibimus.

De ætate plantarum, & efficiendi sui varietate, cap. XII.

Aetas est suprà dicti motus, & actionis internæ naturalis, affectio, neq; aliud, quàm tempus, & quasi decursus quidam, in alijs celerior, in alijs tardior, ut in universum urbana planta quàm sylvestris celerius perficitur, & interit, sicut animalia domestica ad vivendum infirmiora sunt.

Aetatis genera corporis duritie, dequa paulò antè diximus, decernuntur. Nam in lucem edita planta, in singula momenta magnitudine proficit, & simul siccior, simul valentior redditur, quæ adolescentia dicitur, donec summum robur (ἀκμὴν *Græci vocant) attigerit. Tum desinit augeri, naturâ nimirum propter siccitatem non amplius in incrementi opere obediente. Interjecto deinde tempore, corpore supra modum siccescente, & exhausto, macies, & gracilitas quædam, unáq; virium imbecillitas cõsequitur, quod* ἴσχνσις *in stirpibus dicitur. Hoc est earum senium, & corruptio naturæ naturalis.*

Hæc ætatis genera suis quæq; prædita sunt proprietatibus. Qua de causa rectè præcepit Dioscorides:

des: Si cui in animo eſt plantaturum peritiam aſſequi, eum oportere prima generatione ſolo emergentes, adultas, & ſeneſcentes contemplari. Nam ſi pullulanti herbæ duntaxat adſtiterit, adultam cognoſcere non poſſe, neq; ſi adultam tantùm inſpexerit, nuper erumpentem noſciturum. Cui contrarius eſt error, ætatum imperitia, quo factum eſt, ut quibusdam in natura Plantarum multa ſint ignorata, & falſò memoriæ prodita, ut verbi cauſa, graminis, quinqʒfolij, & tußilaginis caulis, flos, & fructus.

Genera motus & actionis internæ naturalis, circà ſubjecta prædicta conſiſtentia, prima duo ſunt, effectio miſtionis elementaris temperatæ, & nutritio.

Effectionis totidem ſpecies, productio miſtionis, & auctio.

Productio eſt qua primùm elementa inter ſe miſcentur, & temperantur, & hoc modo pars conſimilis efformatur & effingitur.

Sunt & productioni miſtionis elementaris ſua in plantis genera, generatio & germinatio.

Generatio eſt totius miſtionis, & per eam plantæ productio. Ideo Theophraſto prima generatio vocatur, de cauſis lib. 1. cap. 13.

Germinatio eſt productio duntaxat partis alicujus plantæ, quæ ex toto prægreſſo, & ad totum adnaſcitur, & velut adgeneratur. Quæ ratio facit, ut quemadmodùm planta progenerata in terra, ſic ger- Pučeng zroſtlin ſmen.

E mina

mina in ipsa plāta consistant. Ejus pars quædam est conceptus, quo aggregatur humor ad germinandum, (quod à Græcò [illegible] turgere appellant.) Concipiunt autē varijs diebus anni, et pro sui quæq; sideris motu, alia protinus ut animalia, tardiùs aliqua, & diutiùs velut prægnantia partus gerunt, antequam enitātur, quod germinatio ideò vocatur. Et quædam, ut primum capêre, continuant germinationem, quædam intermittunt, ut abies, & larix, et robur, intermittunt tripartitò, ac terna germina edunt.

Productioni connexa est auctionis, & incrementi ratio, id est effectus justæ magnitudinis, & duritici, de qua diximus, ac velut educatio & perfectio eorum, quæ producta, & procreata sunt.

Sequitur ex divisione motus & facultatis internæ naturalis, nutritio. Est autem alterum eius genus, qua quod de effecto opere aßiduâ elementorum secum discordia, & velut bello [illegible] defluit, & decedit, (fluorem substantiæ continuum vocant) subinde resarcitur, & restauratur.

De morbis internis plantæ, generatim cap. XIII.

Abunde motu, & actione interna naturali tractata, ne quid desit, indicanda est & præternaturalis ratio, magnoperè pertinens ad omnem hanc naturæ partem. Quid enim genitum caret eo malo. Sunt itaq; & plantæ interna sua vitia & morbi,

filen: e

silente natura, nulloq; sentiēte, nisi cùm facti sunt, intemperies, id est elementorum excessus mutuus propriè appellata.

Venenū est motus, & actionis internæ præter naturalis materia, et pars morbi poßibilis, de quâ supra generatim diximus, quod attractū, et in actū deductū, quâ permutandum esset, se ipso commutat, & alterat elementorū mistionem, à veniendo id est intrò penetrando dictum. Itaq; Cajus Iureconsultus haud improbè eo nomine dixit omne contineri, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum est, mutat.

Venenum per subjectas sibi naturæ partes differri potest, quemadmodùm, alimentū. Nulla enim naturæ rerum pars semper, & ex omni parte, plantis est innoxia. Ergo eas aliâs cœlum lædit, aliâs aër, aqua, solum infesta sunt, sæpiùs venti, afflatu adverso, itemq; imbres, & quæcunq; in sublimi vi siderum fiunt, nocent.

De efficiente plantarum causa externa, cap. XIIII.

Et hactenus motus, & actio mistionis elementaris interna tractata est, sequitur externa & fortuita, quæ penitus extra naturam eius, quod movet, & impellit, consistit, & circa solam quantitatem & magnitudinem occupatur, ut cùm corrigitur vitis ridica, demitur luxuria putatione, multaq;

alia. In morbis & constitutione præternaturali ex hoc genere externo sunt illa, quæ tēpestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur, quæ cùm acciderint, vis major appellatur. Hæc autem violenta, ab horridis sideribus exeunt, ut alibi ostenditur, veluti Arcturo, Orione, Hædis. Eodem pertinent & animalium noxia, plantas erodentia, ut formicæ, talpæ, cochleæ. Sed præcipuæ plantarum pestes sunt erucæ, dirum animal. Nascitur hæc causa externa, & fortuita tepore humido, & lento. Fit & aliud ex eodem malo, si sol acrior insecutus, inussit ipsum vitium, ideòq; mutavit. Similis accidit vis plantis, cùm securi præciduntur. Et culpa colentium quædam vulnera, plagæq; inferuntur, cùm perstringuntur, aut cùm subarator imprudens luxavit radices, corpusq; desquamavit, vel etiam circumfossor iniurioso ictu ligonis verberavit. Est & quædam contusio falcis hebetioris.

Aliquando miscentur motus, & constitutio præternaturalis interna, & externa, ut cùm resoluta continuitate debilitatæ plantæ, difficiliùs tolerant æstus, aut frigora, aliosq; excessus, & in hulcus penetrat omnis à foris injuria. Neq; ab re quidam existimant, maximam partem morborum ictibus injuriosis contrahi, quippe quæ siderata vocant, quæq; radice inarescunt, ex eadem causa laborantibus.

De ele-

Affectus & mistio elementorum dicta est, restat ut de singulis exponamus. Quatuor eorum genera, calor, frigus, humor & siccitas, & per ea totidem motus & actionis mistionis elementaris internæ. Quædam enim, quæ de ea generatim paulò antè diximus, in his generibus, sigillatim animadvertenda sunt.

In calore igitur de motu & actione interna naturali, primùm temperamento exacto contrarius est error, et vitiū terræ subactio, ut quæ multum paret succi, multumq; qualitatis dulcis, eaq; re omnia acria, et amara ut centaurium, absinthium, & in summa medicamina, ab eiusmodi cultu, ut potè naturæ suæ cōtrario, penitus abhorrent. Deinde temperamentum inæquale calidum in alimento, temperandum, & emendandū est hunc in modum: Ubi siccæ & graves æstates, terraq; cretosa, aut gracilis, utiliùs hyeme movetur solum: hybernus enim cultus crassare, & humefacere potest. Seriùs quoq; & paulò ante sationis tempus, ac minus altè movendum est, ut in Syria aratris pusillis uti casus docuisse dicitur, cùm aliquādo contingeret, ut altè subacta terra, solis intrusu, adeò percaluerit, ut propè ureretur. Lapis quoq;, si latus atq; perpetuus sit noxæ est, sin rotundus, minutusq; subijciatur, refrigerat, & aquam transmittit, locumq; pervium præstat. Qua de causa solum tenue prorsus nullum elapidandum existimant. Lapi-

des enim hyeme tepefaciūt, æstate refrigerāt. Itaq; Syracusano agro advena cultor, elapidato luto, perdidit sole fruges, & regerere lapides coactus est.

In temperies verò & constitutio interna præter
xvii. *naturalis calida, nominatissima est sideratio, id est exustio, quæ tota cœlo constat, propriumq; ejus venenum est sub ortu canis siccitatum vapor, cùm novellæ, ac surculi propter imbecillitatem, præcipuèq; fici, & oleæ moriuntur.*

Frigoris verò in actione interna naturali excessus, & algor & siccitas, in alimentis temperatur maximè fimo: huic enim tepefaciendi & alendi natura est. Quo fit, ut maximè solum frigidum stercorandū sit. Est autem alius alio acrior. Acerrimus humanus, & quorundam sententia optimus, proximè spurcities suum laudatur, ab hac caprarū, deinde ovium, tùm boum, novissima jumētorum est. In corpore verò ipso algor emendatur cùm alimentis calidioribus, tùm ijs quæ eventu, & fortuna quadam calefaciunt, ut frigoribus externis plāta plurimū roboratur, et è diverso, si blādiatur calor, defatiscit, & refrigeratur. Algor enim externus constipando, & densando, calorem internū plantarū evanescentem exhalatione includit, & continet. Quocirca Aquilone maxime gaudent plantæ, densiores ab afflatu ejus, latioresq;, et firmiores. Et hyemē Aquiloniā esse, omnibus plātis utilissimum est. Ex eadem causa, aquæ frigidæ melius

alunt

alunt calidis, mediterranea maritimis (sunt enim plerunq; frigidiora) montosa planis. Et ubiq; omnium plantarum pars in septentrionem spectans, spißior, pulcrior, & in summa, melior gignitur. Quãobrem & inter ea, quæ nostri montes dant, meliora nascuntur ad Aquilonem, quam ad meridiem, & ob hoc medicinis utiliora, magisq́; expetita. Eadem ratione imbres nocturni diurnis, hyberni æstivis, Aquilonij austrinis, præferuntur.

Ita est frigidum temperamentum plantatarum, intemperies verò vulgatißima duplex est: rubigo, & tabes.

Rubigo est intemperies plantarum frigida, quæ fit rore lunâ congelato. Alio nomine vocatur uredo, & in vitibus carbunculus. Etsi enim pleriq́; dixêre, rorem inustum sole acri, rubiginis causam esse, tamen id ex parte falsum est, totaq́; lunâ, sole innoxio, constat, quæ silens plenáve, id est prævalens, infinitum quantum cadentes pruinas congelet. Tractus excelsi perflatiq́; rubiginem nullam, aut quàm minimam sentiunt, vento discusso rore: è diverso concavi, & quiescentes maximam & frequentißimam. Re.

Tabes bifariam invadere dicitur, aliquando frigore, cùm annus frigidus est, aliquando gelu, si diu duravit, utroq́; modo post brumam diebus maximè 40.

Tem-

Temperamentum humidum plantarum maximè alimentis, & solo sicco emendandum est, omninòq; solum pingue succiplenis, craßisq; plantis incommodum est, quâ de causâ eo offendi, & ægrescere creduntur.

De generibus partis consimilis cap. XV.

Quoniam satis multa verba fecimus de elementis, veniamus nunc ad genera partis consimilis, quæ sunt caro, nervus, vena, & lanugo.

Caro omnibus dimensionibus constat, omnibusq; plantis inest, aliquibus & sola, ut fungis & fico totũ corpus è carne est, inveniturq; alijs parcior, alijs largior, sicut animalium quibusdam.

Carnis genera duo sunt mollis, ut præcipuè herbarum, aut dura, eaq; nominatim lignum, quæ & materies dicitur, κατ᾽ ἐξοχὴν *synecdoche generis pro specie, quòd ex eo plurima fiant, unde faber materiarius id est lignarius: aut lapis, quale est coralium, & lithospermi semen, & cujusmodi Theophrastus & Plinius meminerunt junci, thymi, oleæ, & lauri lapidosæ, similis virescenti, itemq; aliarum arborum in aqua viridium, exemptarumq; sole protinus in salem arescentium.*

Divis.

Aliquando caro mollior durescit, & transit in lignum, ut palma, raphanorum radices, & quicquid

lignescit: aut in lapidem, ut coralium sub aquis molle, ejectum in lapidem transfiguratur.

Aliquarum plantarum, ut maximæ partis, in carnibus venæ, pulpæq; insunt, in longum porrectæ. Discrimen earum facile: vena latior crassiorq; & candidior, & ramosa, & uvida: pulpa, seu nervus, prælongus, sed insociabilis, & siccus. Ideo fit, ut ab altero capite trabis quàmlibet prælongæ, ad alterum admota aure vel graphij ictus sentiatur, rectis meatibus penetrante sono, indeq; deprehenditur sitné torta materies, nodisq; concisa, an recta.

Fissio est affectus venarum, ac nervorum, in lignis potissimum, quoties latera à se mutua separatione abscedunt. Itaq; eò magis fissilis planta est, quò plures venas, & nervos, præsertim rectos, habet.

Quibusdam sunt & tubera, sicut in animalium carne glandia. In ijs nec vena, nec pulpa quodam callo carnis in se convoluto.

Et de carne hactenus, lanugo propriè est in planta tenera pilatio, ad lanæ similitudinem, & mirum ipsa alicubi, ut in urticis, buglosso, & similibus tactu noxia, pustulæq; protinus adusto similes existunt.

De medulla, eiq; circumdata carne, & cortice, cap. XVI.

Et ferè peracta omnis consimilis partis natura,

transeat oratio ad cōdissimilem. Ea est planta pars sui dissimilis, id est ex pluribus consimilibus composita: cujus figuræ communes differentiæ sunt, lævis & pungens, atque aculeata, quàm spinam appellant. Quæ coluntur maximam partem læves inveniuntur, atque adeò quæ spinosarum generis sunt, cultu mitescunt, ut asparagus, & pirus. Inde factum est, Plutarcho in nuptialibus instit. autore, ut in Boeotia sponsas asparago coronarent, ostendere volentes, ex maximè incommoda velut spina, cultu nuptiali, mitem factam, vitæque aptam. Sunt autem aculei, & spinæ, aliæ connatæ, ejusdemque cúm subjecto corpore substantiæ, ut in asparago, & spino: aliæ adnatæ: eæque vel rectæ, ut in carduis quibusdam: vel aduncæ, ut in lactucis, rosa, rubo.

Genera verò condissimilis partis summa, & prima duo sunt, essentialis pars, & folium.

Essentialis, quæ ad plantæ essentiam pertinet, ob id Dialectici integrantem appellant, novo quidem nomine, sed tamen nostris temporibus vulgò usitato: cujus divisio rursum in duo genera diducitur, primam partem essentialem, & membrum.

Prima est quæ proximè fit ex pluribus consimilibus partibus, & ex qua rursum fit, & componitur membrum.

Estque duplex, viscus & cortex.

Viscus est pars condissimilis essentialis prima, quæ

quæ tegitur cortice. Sic enim latinâ linguâ in animalibus, quicquid tegitur cute, viscus dicitur, unde eviscerare, hoc est, cute nudare, quod & ad plantas commodè transferri potest. Plinius cortici subjectum corpus appellat.

Estq̃ medulla, aut medullæ circumfusa caro.

Medulla est viscus, quo tanquam alvo planta alimentum attrahit, & sursum subvehit, unde per nervos, ac venas, velut semitas in omnes sui partes derivetur. Nomen à situ medio traxit. Dicitur & matrix, quod nomen fovendo fœtui, cùm quo nihil rationis est medullæ, quàm vitali facultati meliùs convenit. Alij vocant cerebrum, inde quòd cerebrum in animantibus medullæ proportionem quandam habet. Aptior est cordis appellatio. Neq̃ tamen medulla omnium vitæ necessaria est, ut pote quâ exemtâ, vix ulla planta moriatur. Hertzen/ prostler od.

Distat primò magnitudine, siquidem alijs est exigua, alijs copiosior: tùm generibus partis consimilis. Nam quibusdam carnosa est ut ferulæ, sambuco, viti: quibusdam lignosa, ut pino, & hâc durior, & spißior corno, ebeno: quibusdam nervosa, & membranacea, ut arundini, & ferulæ. Differt & situ. Nam aliâs cùm circumfuso viscere confunditur, ac indistincta, incertaq̃ apparet, ut in iride, nymphæa, gentiana, centaurio majori, cyclamino, aristolochia rotunda, & multis similibus, itemq̃

in palma, & ebeno: atq; adeò ſunt qui viſcus his ſolâ carne conſtare putant, medullam ineſſe negant: aliâs diſcernitur, manifeſtiúſq; apparet, ut in maxima plantarum parte.

Viſcus medullæ circumfuſum optimum materiæ plantariæ, nomine deſtituitur, quanquam aliqui carnem vocant. In eo extrema pars eſt adeps, qui vocatur à colore alburnum, peſſimum viſceris, etiam in arbore facilè putreſcens, teredini obnoxium, ideoq; ſemper amputandum.

Xura. *Hæc eſt plantarum viſceris natura, ſequitur cortex, qui circumdatur viſceri, coq; à frigoribus potiſsimùm defenditur. Quibuſdam plantarum, ut maximæ parti, ad vitam planè neceſſarius eſt, ejuſq; in orbem detractio letalis, alijs non item: itaq; rumpitur ſpontè, & cadit ut unedoni, arbuto, viti.*

Cortex eſt ſimplex, aut multiplex.

Simplex diſtat primùm figura, eſt enim vel tenuis ut tiliæ, lauro: vel craſſus ut robori: vel nitidus, & levis, ut malo, fico; vel ſcaber, ut robori, & palmæ: vel ſtriatus: vel teres, ut majori parti; vel anguloſus, ut cypero. Diſtat & generibus conſimilaribus, ſiquidem alius eſt carnoſus, ut ſuberis, & populi: alius membranaceus, ſeu nervoſus, & macilentus, ut harundinis, tritici, & vitis: alius libris ſimilis, ut ceraſi.

E diverſo quoſdam truncos, plantaſq;, cortice, & tunicis

& tunicis multiplicibus à frigoribus tutata est natura, ut abietem, tiliam, vites.

Situ cortex extremus est partium, ut animalium corpore cutis, & à subjecto viscere separabilis. Quod si cùm germinatione conferatur, omnis planta cùm germinat, squamas corticum spargit, & adeò quæ ter turgent, ternavé germina edunt, ter squamosæ fiunt. Maximéq; facilis est extricatu incipiente germinatione. In causa est humor, qui tùm sub eo cortice fieri solet. Itaq; materiem, quæ decorticanda est, ut teretem ad ædificia, cæteraq; usus rotundi, cædi tempestivum, cùm germinant, postea cortice inextricabili, & carie subnascente ei, materiaq; nigrescente, & deformi.

De radice cap. XVII.

Ab his super est transire ad membri naturam, id est plantæ partem essentialem, ex prima compositam, & quasi coagmentatam.

Duo eius genera radix, & membrum externum: de quo Aristoteles lib. 2. Acro: cap: 8. Si longiùs (inquit) progrediare, comperies cuncta certo fine constitui, & ordinari, radicem deorsum sugendi alimenti, frondes sursum fructus operiendi gratia. Radix igitur est membrum, & instrumentum aptè Rotea. collocandæ plantæ. Collocatio autē omnis refertur ad attractionem, & præparationem alimenti. Ideò

 Aristote-

Aristoteles lib. 2. de partibus tradit, plãtas à tellure accipere τὴν τροφὴν κατεργασμένην, in radice verò perfici τὴν πέψιν ὥσπερ τῇ κοιλίᾳ τῶν ζώων. Radix igitur sustinendo reliquo corpore, cùm cibum fibrarum osculis accipit, pro ore est, cùm acceptum recondit ad interiora, retinetq;, & conficit, pro ventre. Inde fit, ut radicis, & reliquorum membrorum firmitas, ac robur consequatur.

Collocationis plãtæ, atq; ut ita dicamus, radicationis, primùm partes, deinde genera considerãda sunt.

Partes sunt radix ipsa, & locus, cui infixa est, & inhæret.

Radicis succus insuavior est quàm aliorum membrorum, quidam etiam penitus insuavis, ut fici radix prorsus amara est, absumtâ in fructũ dulcedine. Succationis radicis tempus est cùm folia emergunt, eoq; tẽpore colligitur succus Cyrenaicus, glycirrizæ, & similes. Et radix omnium priusquàm membrum externum augescit. Carcinatio autem propriè est radicis incrementum per hyemem, frigoribus obstipatis, præstrictisq; superioribus partibus, unde vires & alimentum retrò agitur in radicem, regressusq; fit in morem cancri, propter quod carcinationem appelllant. Sic hyemis sævitiâ consumpta seges novella altiùs radicatur, & raphani, folia si attondantur, excrescit majorem in modum, aut etiam lignescit radix.

Magna

Magna & ſtructuræ radicum differentia. Nã omnibus parvæ è grandioribus exeunt, tametſi non omnibus eodem modo congeſtæ, frequenteſq;, quo fit ut radix alia ſit lævior, alia velut nodoſa, villoſaq;, ut oleæ. Ficus quoq; & abies, multæq; ſylveſtrium, minutis capillamentis nodoſæ ſunt, è quibus montani prætenuia fila decerpentes, ſpectabiles lagenas, & alia vaſa nectunt. Quod exinde evenit, quia breves, ac tenues illas permultas, atq; promiſcuas mittunt.

Hoc modò digeſta & diviſa radix eſt ſingularis, aut multiplex.

Singularis, quæ unica ſimplexq; in ima deſcendit, ex qua à lateribus aliæ complures proveniunt, ut olerum majoris partis, abjetis, laricis, fici: ſingulis enim innituntur, minimis in latera diſperſis.

Singularium quoq; radicum alia prægrandis, altèq; defixa demittitur, ceu amygdalæ, et aliquãdo propagines magnas ſuggerens, ut in apio, beta, aliquando minores: alia parva ipſa, propagines grandiores, contortioreſq; fundit, ut oleæ.

Radix numeroſa eſt, quæ protinus multiplex, & fiſſa exit, ut tritici, hordei, mali, roboris platani.

Locus autẽ, in quo defixa eſt plãta, ſũt ipſa alimẽta, in eodemq; loco aſſiduè inhæret. Ob id pars hæc ejus naturæ maximè propria habenda, & urbanæ inter prima agriculturâ providenda eſt.

Natura plantæ per sitûs genera, cap. XVIII.

Ab his sequitur, ut ad genera collocationis plantæ sermonem transferamus. Dividitur ergo planta per situs locis in duo genera, spontaneum & innitens. Aristoteles de plantis : τινὰ δὲ ἑαυτῶν καὶ μικρὸν ἐκτείνονται, τινὰ δὲ ἐν τῇ γῇ.

Spontanea hoc loco (τὰ δὲ ἑαυτῶν) *sunt quæ pendent in aëre, sine subjecto, paulatimq; adolescunt, Aristotelis sententiâ, destituta scilicet matris nutricatu largiore, ut aloë è laquearibus suspensa, multos annos tàm viret, quàm quæ maximè.*

Innitens planta est, cui aliquid subjicitur, quæq; sedem certam habet, ubi vivat.

Magna ejus collocãdæ differentia, neq; omnia in omnibus locis nasci, aut nata excellere possunt. Nam primùm planta consimilem naturæ suæ locum requirit. At multiplex, & inter se dissimilis plantarum natura est. Itaq; & loca, sedesq; diversas habeat necesse est. Quod si plantæ omnes idem solum amarent, tamen magna & hujus diversitas invenitur, quo fit, ut eadem planta, alicubi prorsus non nascatur, alibi peculiari aliqua dote nascatur, ut arum à plantatoribus memoriæ proditum est Cyrenis adeò mite; ut gratum cibis sit, è diverso apud nos & alibi acerrimum nascitur, ut edi nequeat: glycirrhiza Cretica principatum obtinet, cuminum Aethiopicum,

eum: chamæleontis nigri radicem venenatam esse tradit Galenus, quod de nato in Græcia, & Ponto intelligendum est. Nam in Germania, & apud nos innoxiũ invenitur, alicubi & acetarijs usitatum. His de causis plantæ situs varij sunt, & primùm singulis locis, deinde & totis regionibus.

Singulis locis iterum, primùm plãta alia est inseparabilis, alia viviradix. Aristoteles de plantis dicit, aliquas transferri nolle, quasdam fieri transpositione meliores.

Inseparabilis planta est quæ non nisi ubi cœpit, id est, uno loco semper vivit, ut conyza translata vel in nitidiora celeriùs senescit, itemq; matricaria tenuifolia, botrys, & alia: pinus quoq; transpositione perit.

Inseparabilis planta est, vulgaris, aut hortensis.

Vulgaris quæ passim, & promiscuis locis nascitur, cujus singuli positus pariter & coniuncti spectandi sunt.

Singuli situs sunt alterutrius elementi, aut utriusq;.

Alterutrius, planta est aquatica, aut terrestris.

Aquatica, quæ sedem habet in udo, differtq; humoris partibus juxtà & generibus.

Partium humoris alia summa tenet, ut lens palustris, & malabathrum à Græcis proditum: alia ima, quam vel totam integit humor, semperq; mer-

G *gitur*

gitur, ut coralium, & algarum genera: vel extat extrà aquã, ac patefit, aliquãdo parùm, et solo cacumine: aliquãdo toto penè corpore, ut radicis, aut caudicis aliq̃d in aqua sit, reliqua pars tota extra patescat.

Ex humoris generibus planta aquatica est iterum duplex, pelagica, aut alia.

Pelagica seu marina, quæ in mari, & aquis salsis degit, cujus mira est natura, ut rubrum mare, & totus orientis oceanus dicitur refertus esse sylvis, lauro maximè, & oliva ferente baccas, & cùm pluat fungos, qui sole mutantur in pùmicem.

Planta aquatica extrà mare, dulcium aquarum incola, est rursus fluvialis, aut palustris

Fluviatilis, quæ fluentibus, & exercitis cursu aquis gaudet, ut fluvio, sive amne, & torrente, quale est sium, populus, alnus.

Palustris quæ stagnantem, & pigrum humorem amat, ut lacus, paludes, ac piscinas, qualis est juncus, papyrus, & reliqui frutices aquatici.

Situs aquaticæ dictus est, restat rerrestris, quæ terrâ nascitur, & aquas fastidit, ut aquas oderunt cupressus, castanea, juglans.

Radix autem tota cohæret terra, veraq; est definitio, radicem esse quicquid terrâ occultatur, cui contraria est avulsio: & aliquando prostratæ restituuntur & reviviscunt, ut platani propter densitatem ramorum, quibus amputatis, onere levatæ, spontè in sua scrobe reponuntur. *Neq;*

Neq; omnes eodem modo cohærent, aliarum siquidem radices in profundum aguntur: idq; vel recto meatu, ut eryngij, roboris, & si Virgilio credimus æsculus, quantum corpore eminet, tantúm radice descendit: vel flexuoso: aliarum summo cespite cohærent, ut cupreßi, mali, punicæ, oleæ, quod non modò loci ratione evenit, si recto tramite progredi nequeant, sed etiam ipsius naturæ proprium est, ut in olea liquet.

Terrestris planta duobus modis dicitur, proprio, aut mixto.

Proprio, quæ nullo alio vocabulo, neq; cognomine adjecto, appellatur. Estq; alia campestris, alia montana, alia inter utramq; naturam.

Campestris, quæ in plano, & patentibus camporum æquoribus gignitur, ut frumentum, legumen.

Montana, quæ frigus, aut ventos, ac montes, & valles diligit, ut cedrus, & cæteræ resiniferæ.

Cõmunes, & inter utramq; naturã sunt, primùm quæ subeunt & in montosa, ut genista, ulmus, malus: cujus generis pauca admodum sunt, & in montibus minora, aspectuq; deformiora, sed meliora materie, & viribus, & ideò cæteris sui generis præferenda, crispioraq;, exceptis malis, pirisq; nascuntur, de quo quæ Hippocrates præcipit, ex ipso optimè discemus. Adnitere, scribit ad Cratevam, quantùm potes, ut nobis montanas maximè, & in altis

collibus nascentes herbas subseces, ut pote firmiores, & acriores ijs, quæ aquosa tenent, quòd in montibus terra sit densior, & aër tenuior.

Secundo loco ex campestrium pariter & montanarum natura sunt, quæ descendunt etiam in plana, ubi lætiora quidem, aspectuq; pulcriora, & radicibus longioribus, brachijs contrà adductis, surgunt, sed minùs fortia, minusq; ad usum idonea. Munificentia enim naturæ in planis largiorem alimoniam suppeditat, & resarcit, quod in montibus detrahit loci iniquitas.

Hæc est propriè dicta terrestris planta, sequitur quæ mixtâ ex aliqua re terrâ gignitur, ut est pulvis, argilla, creta, rubrica, arena, sabulum, glarea, lapis, rudus & maceria; carbunculus, id est terra, quæ sole ita perfervesit, ut radices satorum comburat. Itaq; cùm est adjuncta ex his generibus aliqua res, tùm dicetur planta terrestris argillosa, aut cretosa, aut glareosa, aut quæ alia.

Et hactenus sunt, quæ alterutram orbis naturæ partem obtinent, restant ex aquaticarum & terrestrium situ quasi composita, quæ simili modo ampliora quidem in aquis, sed valentiora in sicco proveniunt, idq; multis modis. Quædam enim omninò vitam agunt ancipitem, & promiscuè aquâ, terrâq; nascuntur, ut salix, alnus, pirus: quædam haud dubiè terrestres, nonnusquàm in aquis visuntur, ut

in

in mari scylla, albucus, palma: quædam ita sunt terrarum alumnæ, ut aquas accolant, ut quæ littora desiderant, fluminum socia amænitate: quibus congeneres sunt in puteis, aut ad parietes, ac rupes manantes, natæ, ubi aquarum halitu, vel aspergine, vel appulsu concreantur, qualis est lychen, & trichomanes: quædam in resiccatis nascuntur, ut tussilago.

Quin coniuncti quoq;, & quasi connexi inter sese hi situs vulgares inveniũtur, ut montes magni, quales sunt Parnassus, Cyllene, Olympus, & apud nos Hercinia sylva, omnigenis plantis referti sunt, propter varietatẽ locorum. Habent enim stagnãtia, madentia, sicca, cõcava, sublimia, terrestria, saxea, trãquilla, ventis exposita, mediocria, omnia penè telluris discrimina, ut permulta & varia gignere poßint.

De Hortensi planta, & viviradice cap. XIX.

Vulgari & paßim nascenti plantæ proxima est facienda hortorum cura. Est itaq; hortus, plantæ locus selectior, et circum septus, solo cultu constans. Græcis dicitur κῆπος *tanquam* κάπος, *quod est* τὸ πνεῦμα, *ut revera* κῆπος *sit* ὁ πε, ισπνεόμενος, καὶ ἐλώσιμος τόπος *Plin: natur. hist. lib. 19. cap. 14. tradit in duodecim tabulis legum Romanarum nusquam nominari villam, semper in significatione ea hortum.*

Est autem & suapte natura memorandus, & quoniam antè ad vitæ utilitatem, nihil priùs fuit horto primorum parentum, de quo Moises memorat. Gentes maximè miratæ sunt Hesperidum hortos, id est primùm illum, ac Regum Adonis & Alcynoi, & Vlyßis, Homero præcone. Sumtuosißimi fuêre pensiles, sive illos Semiramis, sive Aßyriæ Rex Cyrus fecit. Romani quidem primùm Reges ipsi coluerunt, ut superbus Tarquinius nuntium illum sævum, atq; cruentum, filio remisit ex horto, deinde & alij principes viri Hinc nominantur horti Salustiani, & ipsi regibus ad excolendum expetiti, & Luculliani magnificentiâ celebres, atq; adeò, crescente luxuria, immodicus cultus hortorum fuit, quod acriter, ut omnia, insectatur Horat: lib: 2. ode 15.

Iam pauca aratro jugera regia
Moles relinquent &c:

Horti Seneciani ad domini necem impulisse putantur Neronem. Antonij verò Castoris horti meminit Plin: lib; 24. cap. 2. cui summam auctoritatem fuisse in arte medica suo ævo scribit, sibiq;, exceptis admodum paucis, contigisse reliquas plantas contemplari, visendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat. Hæc sint dicta de planta inseparabili.

Viviradix est planta è singulis locis dispositis, & collocatis, cum sua terra sublata; ut alibi sit, id est plurium locorū, ut sisymbrium frequentes transmuta-

mutationes desiderat, aliâs degenerat in mentam, amygdalus quoq; transplantatione promovetur, & item hujus generis alia.

Differentia plantæ exoticæ, & communis cap. XX.

Quemadmodum singulis locis differat collocatio plantæ, dictum est hactenus, ex his deinde locis constant regiones, ita planta fit exotica, aut communis.

Exotica sive externa, & peregrina est, quæ aliquâ tantùm regione orbis terrarum, id est maximè fervida, ad exortum, meridiemq; nascitur, sic fit, ut semper cæteris regionibus sit externa, ut malus Assyria, quam alij vocant medicam, quanquam à gentibus expetita, propter remedij præstantiam, tamen nisi apud Medos, & in Perside nasci noluit.

Exoticæ plantæ, sicut omnium ejusmodi mercium, precium maximè variat, & singulis penè mercatibus mutatur, ut quisq; mercatus sit, & navigationes, atq; itinera constiterint, aut prævalens aliquis manceps annonam flagellârit.

Neq; necessarium est exoticæ plantæ situs per sua subjecta dividi, ut potè Geographiæ propria, quæ duas partes orbis veteris ponit, Asiam, fluminibus Tanai, & Nilo terminatam, & quod ultrà, versus occasum est.

Asiaticæ plantæ præcipuæ sunt Indiæ, cujus unam

nam è peculiaribus celebravit Virgilius ebenum, item Syriæ, Iudææ, Mediæ, Arabiæ, odoriferæ illius, ac divitis, & beatæ cognomine inclytæ: quippe thus, myrrha, casia, cinnamomum, & reliqua odorata maximam partem inde petuntur.

Vltrà Tanaim & Nilum ad occasum partes orbis cùm duæ sint, Europa & Africa, in Europa, præsertim quà vergit ad Septentrionem, nihil peculiare & effatu dignum ferè nascitur: at ex Africa euphorbium, ammoniacum, & id genus alia ad nos afferuntur. Itaq; jure laudabitur in litore Aegyptij maris Alexandria, à Magno Alexandro condita, in Africæ parte, quò pleraq; exotica Asiæ, per Indicũ, et Arabicum mare, & inde Venetias, alióq; deportantur, Romano imperio communicato orbe terrarum, omnibusq; etiam procul dißitis, commercio, rerumq; societate, in promiscuo usu factis.

De externarum plantarum, & quæ in alienas non commeant terras, collocatione hæc: communes sunt, quæ toto orbe terrarum nascuntur, quæ præcipuè frigus adamant, ut vires habeant & ad septentrionem perveniendi, ut febrifuga, absinthium, pinus, abies, & similes.

Sunt & exoticæ viviradices, quæ non nunquã fiunt communes, & ferunt peregrinari, exoraturq; ut transmigrent, & à solo impetratur, ut alienas alat, advenasq; nutriat, ut avellanæ, quas antea abellinas

patriæ

patrio nomine vocabant, in Asiam, Europamq; è Ponto venère, & ideò Pontica nuces vocantur. Viviradices autem transituras longiùs omnes sçri arctißimè, transferriq; fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento, hoc in loco meminisse convenit.

De stipite, & ramis, cap. XXI.

Plantis è duplici fine, sustinendi suiipsarũ, et perficiendi, atq; absolvendi succi, totidem membra largitam esse naturam, nullum dubium est. Ergo collocatione exposita, dicatur succi perfectio, & quasi manus extrema: cujus proprium est membrum externum, quod extra terram est, & è radice exit. Ejus externarum, & fortuitarum causarum peculiaris est cultura rastrum, & falx. Sunt enim quædam quæ rastros, & falces desiderant, & interradi gaudent, atq; tondentur.

Et quædam primò mitia sunt, postea horridula spinulas gerunt, ut in herbaceo genere lactuca, inter frutices rubus, & paliurus.

Surculus verò est externi membri pars individua, & simplex, (diminuta voce suri, surum autem palum dixère prisci) quale præcipuè annotinum germen apparet. Prut.

Membrum plantæ externum est solus stipes, aut conjuncto ramo.

 Solo

Pien / Slaup. *Solo ſtipite conſtat juncus, & hujus generis alia. Eſt autem ſtipes membrum externum, radici proximum, quo terra ſtipatur. Fit enim à ſtipo, ut facilè appareat, nihil eſſe aliud, quàm fuſtem in terra defixum. Idem ſignificat virgultum, omneſq; ſtipitem habent, quæ virgam aliquam à radice edunt.* Sſpalek / pařez. *Truncus eſt ſtipes truncatus, ut veteres lignatores, amputatis ramis, relictum à ſe truncum dicebant: & Poëta cadaver avulſo capite truncum appellavit.*

Diſsident & ipſo ſtipite plantæ. Sunt enim quædam breves, quædam proceræ.

Quæ brevitate craſsitudinem paſcunt, tales fiunt et culturâ, ſi raræ ſerantur, & ſi rami relinquãtur. E diverſo in longitudinem potiſsimùm excreſcunt & augentur, abies, palma, cupreſſus, etſi qua uniſtirpia & ſimpliciora, neq; radicibus, nec ramis frequentibus patentia.

Planta procera eſt rectiſtipes, aut amplexiſtipes.

Rectiſtipes quæ erecta conſiſtit, ſine ullo pedamẽto, artus ſuos in ſe ſuſtinens, ut frumenta, abies, & ſimilia.

Křowi. *Amplexiſtipes eſt, quæ ſuper alijs provenit, etſi non habeat adminiculum, in terram ſpargitur, ut legumina, lappa, edera.*

Kučiřý / Kyni. *Amplexiſtipiti plantæ accidit capreolus, id eſt, appendix quædam, & velut cincinnus, quo ceu manu ca-*

nu ca-

nu captat ſulturas, & adminicula, quibus ſubrigatur. Alio nomine clavicula, græcis ἕλιξ vocatur.

Et de ſtipite ſatis ſit dictum, ramus ſequitur, id eſt, membrum externum in quod ſtipes diducitur, & breviter ſtipitis diviſio, ut ſuccus hoc modo diſtractus commodiùs cœli vim accipere, & longiùs inhærens meliùs conſici, oportunaq; menſura diſtribui in frondes, flores, & fructus poſſit. Eadem brachia dicimus, animalium proportione, ſicut medullam, pediculum, & cætera ſimilia Witew / ratoleſt.

Conſtitutio ſtipitis præter naturalis, è peculiaribus una eſt cradatio, id eſt, rami marcor, & intemperies frigida & ſicca, quæ ficos potiſſimùm infeſtat. Crados enim quidam ramos ficulneos appellant, unde & morbo nomen datur.

Rami (ut omnium) primùm partes, tùm genera dicenda ſunt.

Nodus eſt rami pars, quâ incipit, & craſſior quaſi callus in planta, ubi colliguntur rami. Theophraſtus ὥς ὁ ὄζος ἐν ταῖς ἄλλοις, οὕτως ὁ ὀφθαλμος ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γονύ. Uzel / ſuk.

Sunt & nodorum quidam cæci, qui non germinant, quod natura fit, ſi non evaluere: aut pœna, cùm deputatos cicatrix hebetavit.

Alia plantæ differentia, à nodorum frequentia datur, enodis, & nodoſæ.

Enodis intelligitur, quæ nodos paucos naturæ

ordine habet, qualis est sambucus, laurus, ficus & ad summum omnia, quibus cortex lævis est, quæq; concavo, & laxo corpore surgunt. Urbanæ quoq;, & condensæ, palustres, & campestres paucioribus cohærent nodis.

Nodosa planta est quæ multis constat nodis, ut præcipuè sylvestris, montana, longis intervallis invicem distantes, sicco & spisso corpore præditæ.

Reliquæ rami partes, quæ nodantur, & alligantur plantæ, sine nomine relinquntur.

Nunc dicantur & genera ramorum. Nam quidam stipiti velut adhærent, & ex eo exeunt, unde plantæ singulares & unistirpes, Plinio individuæ ramosæ, vocantur: Ijq; alij sunt inconditi: idq; vel surrectâ divisurâ, & in cœlum tendentes, ut roboris: vel in latera proni, ut aliarum multarum: alij ordine certo constant, ut abietis, & piceæ. Quidam è diverso ipse stipes divisus sunt. Plinius eas plantas dividuas nec ramosas vocat, ut est sambucus: quarum nonnullæ bifurcæ, atq; etiam in quinas partes diffusæ reperiuntur.

Omnis hæc ramorum distributio est prima, media, aut cacumen.

Primi rami in quos planta continuo post caudicem spargitur grandißimi sunt. Theodorus Gaza tradidit Græcis ἀκρέμονας *appellari: impropriâ significatione. Non enim* ἐν ἄκρῳ μένουσι. *Latinâ linguâ nullum*

nullum nomen proprium invenitur, sed ramos tàm has partes, quàm germina annicula vocant.

In ramis verò ex primis his derivatis est & cacumē, id est pars plantarum summa. Cujus propria est decacuminatio, cúm detracta coma, decisoq; cacumine, planta tota interit, quam palmæ tantùm, & abietino generi aßignant.

Ad membri naturam pertinet & stolo, id est inutilis, & quasi stolida è membris, & præcipuè radice fruticatio. Neužitečná wčtew od kořene aneb od kmene.

De Singulorum foliorum natura, & positu, cap. XXII.

Peracta parte condißimili essentiali, de folio dicemus. Est igitur folium plantæ pars condissimilis, quâ pars essentialis tegitur ornatus pariter, & æstus arcendi gratiâ. Adjuvat Aristotelis autoritas, qui 2. Animalium 10. τὸ φύλλον τοῦ περικαρπίου σκέπασμα *esse dixit. Sit itaq; folium, cùm fructus, tùm vel maximè corporis plantæ contingens, & mutabile contrà æstus tegumentum, cujus singularis primùm tùm coniuncti rationem dicemus.* List.

Folia singula quædam sunt simplicia, quædam duplicia.

Sīplicis folij cōsimiles partes, alicubi solidæ sunt, alicubi pertusæ ut in planta quam rosellā Aethiopicā

 vocant:

vocant: aut quasi pertusa, ut in hyperico: item aliis plantis caro sunt, ut semperviuo, polio, braßica, betæ, cupresso, malo: alno copioßima: alijs nervus, ut gramini, & harundini.

Similis et condißimilarium varietas, suntq; primùm alia lævia, alia aculeata: idq; perpetuò, aut aliquantò posteaquàm sunt nata. Perpetuò aculeatorum quibusdam spina pro folio est, ut junipero: quibusdam spinosa cutis, ut rubo: aliqua pungunt extremitate, ut pinus, picea, cedrus, aquifolium, ilex. E diverso cùm ætate exasperantur soncho, & cæteris, urticæ quoq; mordacitus non protinus cùm ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata.

In condißimilibus partibus folij peculiaris est, protensa quædam, & extans, quam in plantaginis specie costam, & nervum vocamus. Quippe ut ad movendum animali, ita ad quietem, consistentiamq; folijs hi nervi á natura dati sunt. Præterea cuncta quasi duabus partibus constare videntur, mediamq; hanc velut carinam habere, unde extremus & meatus amplus porrigatur.

His itaq; partibus constantis corporis folij, quantitas & figura varia invenitur. Nam quædam formâ planâ sunt, quædam gibba & tereti.

Plana ut betæ, & braßicæ. Ea parte inferiori à terra, herbido virent colore, & læviora sunt, & madida, semperq; lanuginem quantulamcunq; habent,

habent, quæ in alijs gentium lana est, ut in Oriente funes validi è palmæ folijs fiunt, in humore utiliores, præterea parte prona subter incisuras habent, ut manus humana, in superiore contrà nervos, collumq́, & articulos, quos supra diximus. Margines verò seu latera planifolij, aliis sunt recta & continua, ut hyssopo: alijs insecta ut ulmo, robori, nuciavellanæ: alijs multifida, & quasi serrata, ut phyllitidi: & piceæ pectinum modo: viti quoq; aliquatenus fissa: ederæ angulosa: fico laciniata, & ut ita dixerim cruciformia: robori, & ilici toto corpore summa & ima parte, & extremo ambitu sinuosa. Inveniuntur & variæ species in planifolijs, ut mucronata, & in pyramidis modum myrtho, punicæ, malo: longior arundini, salici: diducta & lata fico, platano, viti: circinnata & orbiculata umbilico Veneris: penè orbiculata cyclamino, chelidonio minori, asaro. Quædam figuram hanc ætate mutant, ut populi albæ, nigræq;, in juventa circinnatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt: è contrario ederæ angulosa rotundantur.

Restant gibba & teretia folia, ut semper vivi, quod alio modo, quàm betæ aut braßicæ carnosum est, ut cujus caro non in longitudinem distendatur, sed in rotunditatem crassetur.

Sunt & duplicia quibusdam folia, ut hypoglosso, palmæ, & in ipso pomo mali, quodam in genere,

parva

parva medijs emicant folia, interim & gemina.

Foliorū autem generatio et proventus ita se habet. E seminis essentia et pulpa, transmutatione naturali, illicet bina folia promuntur contigua radici. Id herbam, & in herba esse, dicitur linguâ latinâ, ut vates tibi messis in herba, dixit, & Plini: lib: 18. cap. 2. frumenta hyeme in herba esse, verno tempore fastigiari in stipulam tradit.

Essentiæ coniuncta est positus & nexus folij ratio. Positus magna quoq; est differētia. Nam quædā quē cæperunt situm obtinent, quædā versantur statis temporibus. Illa vel surriguntur, ut folia lauri: vel devexa pendent, ut abietis: vel quieta, & constantia permanent: vel tremula sunt, ut populi, & ejusdem folius inter se crepitantia. His quod accidit inprimis mirum videri possit. Circumaguntur enim post solstitium, nec alio argumento certiùs intelligitur sydus confectum. Ejusmodi sunt folia ulmi, tiliæ, oleæ, populi albæ, & salicis.

Nexus restat, Folium enim cohæret essentiali plātæ parti, cui contrarium est folij defluvium. In eo videndum, quomodo, et unde folia depēdeant. Quomodo, id est, per se ne, an pediculo, eoq; brevi, ut folia oleæ, teilicis? an ne longo, ut vitis? Unde? hoc est, ex quibus membris. Nam plurimis quidem ex germine pendent: quibusdam ab radice circa ramos: alijs ex germine, & cacumine ramorum: robori & ex ipso caudice.

Stopel / Spicka.

De

De coniunctione foliorum cap. XXIII.

Plura folia inter se collata sunt in eadem planta uniformia, aut diversa.

Uniformia arborum omnium, & maximæ partis herbarum: diversam verò formam habent folia scabiosæ, quorũ ima et suprema adeò differunt, ut diversarũ plantarum esse videantur. Neq; in serpentaria, quercula minore, ricino, staphysagria, agrimonia omnibus eadem est facies.

In nexu verò coniunctorum foliorum defluvium efficit differentiã plantæ perdifoliæ, perpetuifoliæ, et mediæ cujusdam naturæ.

Perdifolia est, cujus omnia simul folia decidunt, ut aliquando prorsus nuda, & sine folijs appareat. Observatum est autem non arescere, nisi tenuia, lata, & mollia. Id accidit propter succi tenuitatem, qui folia lata præstat: et propter meatus corporis angustos, quibus, frigore præsertim facile constrictis, aditus succo precluditur. Cadunt plurimis autummo: quædam tardiùs amittunt, atq; in hyemem moras prorogant, ut amygdali novellæ sævißima etiam hyeme frondes pertinacißimè sub ver usq; retinent. Regio autem solumq; madidum ad perdurandum plurimùm conferre videtur. Nam quæ in siccis, atq; in totũ tenuibus locis nascuntur, priùs folia dimittunt, et vetusta priusquàm nova. Nec interest maturiùs germinasse, ut cùm quædam primæ germinent, & inter novis-

ſimas nudentur, ut eadem amygdali, fraxini, ſambuci: morus autem noviſſimè germinat, & cùm primis folia dimittit. Multis etiam cadunt antequàm fructus matureſcat, ut piro ſylveſtri, & ſerotinæ fico. Decidunt & ſorbo univerſa, cæteris paulatim.

Planta perpetuifolia eſt, cujus folia nova ſubnaſcũtur, areſcentibus veteribus, unde fit, ut ſempiterna coma vireat. Neq; enim his, quæ ſemper retinent comas, folia perdurant, ſed vetera duntaxat novis permutantur, qualis eſt palma, cupreſſus, & ſimiles. Inter herbas quoq; multis æterna folia, imprimisq; heliotropio. Quòd autem ſemper renaſcantur, in cauſa eſt ſucci copia et lentor, ut qui difficilè cedat aëris injuriæ: qualis eſt viſco vel autumnali frigore, ut Poëtæ verbis utar, lætiſſimo: accedente præſertim corporis raritate, & amplis meatibus. Vetera autem decidũt maximè circa ſolſtitium æſtivum, ut Timæus mathematicus exiſtimavit, Plinio autore, ſole ſcorpionem tranſeunte, ſideris vi quodam veneno aëris: quæ tamen cauſa adverſus nova minus polleat.

Mediæ naturæ, & inter utrumq; genus ſunt adrachne, & unedo in arboribus: reliqua enim folia decidunt his præterquam in cacuminibus: In herbaceo quoq; genere nonnulla inferiora folia deperdunt, cacuminibus comas ſemper retinentes, ut apium.

Iamq; & compoſitarum ex perdifolijs, & perpetuifolijs, reddamus naturam, quæ licet ſuapte

apte natura semper virere nequeant, tamen ob loca, cœlumq; ambiens folia nunquàm amittunt, ut circa Memphim Aegypti, & in Elephantine Thebaidis, nulli arbori decedere tradunt, ne vitibus quidem. In Creta platanum, sub quo Iovem cùm Europa decubuisse fabulantur, nova semper fronde viruisse prodit Theophrastus.

Folia inter se composita exeunt quoq; aut singulis pediculis singula, ijsq; sparsis, vel ordinatis: aut uno eodemq; pediculo plura, ut malis pirisq;. Et de planta ipsa complura dicta sunt: nunc ad ejus fœtum transire tempestivum videtur.

De sexu plantarum, cap. XXIIII.

Fœtus est naturæ plantariæ pars, quam planta ex se producit. Distat igitur à germine. Illud enim è planta exit, ut pars è toto, hic autem ut totum ex toto. Estq; singulis plantis simplex, et uniformis, aut multiplex & varius. In simplici principiò de fœtatione, postea de ipso opere & effectu dicetur.

Fœtificatio continetur item sexu & generibus.

Sexus est fœtationis pars, à Græco ἑκάς, *vel* ἕξις *appellatione deducta. Estq; duplex masculinus et fœmininus, quorum alter agendi, alter patiendi quidem majores, uterq; tamem utrasq; partes obtinet. Plantas autem imò potiùs omnia, quæ terrâ gig-*

nuntur, utrumq; sexum habere diligentissimi naturæ tradiderunt. Quarum aliis confusus, alijs divisim inest.

Quædam enim singulæ, & per se aliud generandi facultatem habent permistis maris & fœminæ principijs, idq; optimo naturæ consilio. Cùm enim generatio proficiscatur ab agente in patientem, natura operi suo plantarum, cui motum negasset, actionis hujus & passionis primordia proportionalia conjunctim indidit, ut in se fœtent, et concipiant. Quod et in animaliũ quibusdam ut Erythinis, & hominum ardogynis cõspicitur. Hoc modo maxima plantarũ pars gignit.

In aliorum genere non nisi binæ simul generant, quæ dividuntur in marem & fæminam, ut nullæ manifestiùs quàm palmæ, neq; enim sine mare gignunt fæminæ, & si sit excisus viduæ postea sterilescunt, quas erectus hispidus comis, afflatu, visuq; ipso, & pulvere etiam maritat, circa se nutantes, & in se pronas blãdioribus comis. Adjuvat hunc veneris intellectum ars, ingeniumq; hominis, coitu excogitato, ex maribus flore, ac lanugine, interim verò tantùm pulvere fæminis insperso.

Igitur mas est ejusdem generis planta, cui sexus masculinus est, quæq; gignit in alia. Aliquando similitudine quâdam qualitatum, quæ in animalium maribus inveniuntur, eâ significatione intelligitur plantæ species densior, atq; siccior, aut tortuosior, et

nodo-

nodosior propter materiam craßiorem & spißiorem, atq; ut semel dicam, robustior, & calidior, ut apud nos in nemore Regis Brundusiano nulla ferè nisi tortuosa materies nascitur, sic spinachiam, & cannabim marem appellant, quæ sterilis est, persica quorum carnes oßibus hærent, cydonia quæ oblonga sunt.

Fæmina est ejusdem speciei planta, quæ in se generat, quanquam interim metaphorâ suprà dicta, specie plantæ rectiore, & enode in eo vocabulo accepta.

Tempus quoq;, id est, affectio quædam fœtationis plãtis diversum natura tributũ est, et alijs celerius, alijs tardius, ut vites properant in fætu, statimq; in germinatione eniti incipiunt, sed maturescunt tardè. Quædam è contrariò serotino germinatu florent, maturãtq; celeriter, sicut morus, quæ novißima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta arborum sapiẽtißima, sed postquam cæpit adeò universa germinatio erumpit, ut vel una nocte peragat, etiam cùm strepitu.

Nunc fætandi & gignendi genera dicantur: conceptus, partus, & educatio

Conceptus & partus peculiaris constituto præter naturam externa est ab imbribus, & roribus nimijs, quibus fætus propter exilitatem depereunt, ut oleæ, vitiq;, si, cùm defloruerint, protinùs sequantur imbres, in totum poma decidunt. Piri verò, & amygdali etiamsi omninò nubilum fiat, austrinumq;

cœlum flatùsve. Punica quoq; simili de causa amittit fætus. Quocircà ejus ramos inflectunt, ne surrecti humorem infestum excipiant, atq; contineant.

Educatio & maturatio fætus aliûs est facilior: alius difficilior, ut salix ocyssimè semen amittit, antequam omninò maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda. Quædam ex toto immatura, & incommutabilia permanent, ut cucurbita.

Florum natura, & differentiæ, cap. XXV.

Et quoniam diximus de facultate gignendi, cõtexemus & fætus ipsius naturam, in hunc locum dilatam in proxima divisione. Ejus alimentum est idem quod plantæ, inprimisq; imbribus aluntur. Ergò tempestivæ plantis aquæ, fætum primùm antecedẽtibus imbribus, deinde cum educant genita, nec protinus, sed jam valido fætu. Quæ fructus suos diutiùs continẽt, longioresq; desiderant cibos, his & serotinæ aquæ utiles, ut punicæ, oleæ, viti. Vt autem alia alio tempore fructificant & maturãt, ita pluvias has genus quodq; plantarum diverso modo desiderat: quò fit ut iisdem imbribus quædam lædi videas, quædam juvari.

Fætus alimentum proximum est portio plantæ succi supervacanea, ut in animaliũ genere semen. Quapropter quò magis succo abundãt, eò fæcundiores sunt. Sed quæ immodicum succum gerunt, ut poma arbuti, quæq; terrena, acerba & solida natura sunt, ut glans,

pirum

pirum sylvestre, & sorbum, serò perficiuntur, et quædã omninò arboribus demùm decerpta. Nam si proprio & insito calore maturandum est, frigus desiderant, & ideo moras trahunt, ut vitis, sin externo, non potest calor intrò penetrare propter humoris aßiduè influentis, & spirituum copiam. Hac de causa quædam scalpuntur & oleo illinuntur, quod omnibus plãtis inimicum esse constat, quibus adhunc modum tractatis, humoris & spiritus nonnihil effluit.

Fætus perfectus, et in actum deductus duabus constat partibus flore, & fructu.

Flos est inchoata pars fætus, in cujus rudimentis fructus perficitur. Itaq; plantæ pariunt cùm florent, flosq; ille ruptis constat utriculis. Flos gaudium plãtarũ, & versicolor nuntium, promißioq; annuorum fructus natalium recursuum. Aetas ejus brevißima est. Natura enim, cùm cæteris secula, annosq; tribuisset, flores in diem gignit, magna, ut palã est, admonitione hominum vicißitudinis, cùm spectatißimè florentibus, brevißima mora sit. Arist.

Floris pars consimilis peculiariter observanda est: & in ea color, odor, sapor. Coloribus in certamen usq; luxuriant flores, unde & nomen Græci fecêre. Quid enim difficilè sit rerum naturæ pingere, lascivienti præsertim, & in tanto gaudio fertilitatis, tàm variè ludenti. Ergo flos alius est unicolor: isq; vel candidus, ut arboribus (quippè cùm punicæ tantũ

phœni-

phœniceus, et quarundam amygdalarum ſubrufus ex-eat): vel luteus: vel flammeus: vel niger ut violæ: alius multicolor & varius, ut iridis, & violæ, cujus trinus eſt, ob idq; trinitatis violam appellant. Genera quoq; conſimilis partis florũ, non eadem ſunt omnibus, ſed alijs caro tantũ, alijs caro, vena, et cortex.

Condiſsimilis verò pars, et floris corpus ipſum quibuſdam eſt lanugineum, ut frugibus, moro, ederæ, viti: quibuſdam foliatum in quo ineſt continens, et contentum. Continens calyx ſeu calyculus ἀπὸ τοῦ καλύπτειν *id eſt ab abſcondendo ſeu operiendo dictus. Contentum calycis, ipſum folium, alicubi & ligula ſeu ſtamen. In roſarum flore foliorum capita, parteſq; candidæ ungues vocantur. Ligula ceu filum in medio conſiſtit, cujus ſumma pars craſsior & pendula apex dicitur. Ea ſola aliquando flos appellatur, ut in croco. Iam quidem flos foliatus exit alijs parvus, ut oleæ: alijs grandior, ut malorum generi. Quin & iaſione unum folium duntaxat habet, ſed ita implicatũ, ut plurium deſcriptionem oſtendat. Situs floris peculiare vitium eſt caſus à ventis, pluvijs, & roribus nimiis, præſertĩ ſi quis minũs arctè hæret, ut punicæ, qui facillime amittitur. Vindemia optima eſt, cùm expanſis omnino foliis patent, nondum flacceſcentes, aut decidui. Siccandi ſunt ob imbecillitatem loco tẽperato, cui contrarius eſt apricus, & eminens, aut nimis umbroſus, ſæpiuſq; vertendi, ne ſitum contrahãt,*

neve

neve colorem nativum deperdant, qui cum una vires omnes amittunt & prorsus inutiles fiunt. Nec nisi sicci recondantur cistis tiliaceis, ut omnia odorata, chartâ si opus est convoluta. Decerptis plurimum ætatis annuis est, donec color, et odor perdurat. Precium in pugillos tres denarij.

Sed non omnes plantæ florent, & sunt tristes quædam, quibus flos negatus est, quæq; non sentiunt gaudia annorum, ut ilex, picea, larix, et pinus nullo flore exhilarantur: protinus enim fructum flores gignunt, multisq; aliis dura facies semper, ut hominum quibusdam fortuna sine flore est.

Seminum genera, cap. XXVI.

Florem excipiat seminis natura. Est autem pars fœtus penitùs deformata, & expressa.

Estq; semen nudum, aut fructus, quod & autor de plātis lib: 1. præcipit his verbis: Quidam fructus ita sunt à natura comparati, ut in ipsis statim, et semē, et eorum operimentum generetur, ut palmæ, & amygdala, quidam non item, id est semen est nudum & in seipso, aut in alio. Nudum, quod indefensum se ipso cōtinetur, et pro indiviso et parvis avibus expositum est, ut anetū, corianisum, fœniculū, constatq; interna medulla, et cortice, quo circūtegitur. Quædā et lanugine amiciūtur, quē pappū vocāt, ut lactucæ semina. Figura ipsius corporis varia invenitur. Majore qui-

dem ex parte rotunda, non deest tamen oblonga, et lata, & foliata, ut atriplicis, & laserpitij, quibus adde et angustam & canaliculatam, ut cumini. Colligendi tempus est, cùm siccari cœperit, priusquã defluat. Servatur locis excelsis, & flatibus expositis. Vt in Petra, quodam loco Cappadociæ, semina vel quadragenos aut sexagenos & septuagenos annos durare potuisse prodit Theophrastus. Locum enim hunc cùm alias excelsum, tum flatibus esse apertum, & auris ab exortu, occasu, meridieq; editum. Optimum anniculum, bimum deterius, trimũ pessimum, ultra sterile. Quæ pinguia sunt, ut sesamũ, aut acritudinem, amaritudinemvé aliquam habent, ut lupinum, & cicer, diutiùs durant, et in summa omnia ferè acris saporis ad perdurandum firmiora, ut porrũ, satureia, synapi. Interit autem, ut omnia, vel interna sua vi, cùm, calore humoreq; insito desinente, inutile sicut urinum ovum relinquitur, vel externa, ut à bestiolis læsum Precium in seminis semuncias statuitur unus & item alter denarius, maximum tres denarij.

De fructu, partes, & genera eius, cap: XXVII.

Contexendus est semini fructus, id est semen, quod cingitur aliquo munimento, quem Theophrastus definit hoc modo: κάρπος εσι σωκέιμενον σπέρμα μετὰ τȣ̃ περικαρπίȣ.

καρπῖς. *Pomum autē omnis fructus est potui simul & esui aptus, dictū quasi potomum Varronis sententiâ.*

Partes fructus sunt ipsum semen interius, & tegmen ambiens.

Ipsum semen in aliis congestum, atq; promiscuum est, & ita stipatum, ut unum corpus videatur, ut in fœnugræco, staphysagria, punica: in aliis discretum atq; distans, ut in fabis carneo pariete separatur, in aristolochia camerulis herciscitur, quasi parietibus intergerinis: idq; vel adhæret, ut in fico, malo, cucurbita: vel pendet pediculo, aut ligula, ubi vacua sunt spatia, ut in solano. Quibusdam simul cōfusum & discretum gignitur, ut papaveri.

Tegmen ambiens est pars fructus, qua tegitur semen græcis περικάρπιον. *Estq; simplex, aut compositū.*

Simplex, vel caro ut pomis: vel membrana, ut frumentis: vel corium ut castaneæ: vel crusta ut glādibus: vel testa & lignum, ut nucibus.

Et testæ multiplex & varia est natura. Os palmulæ penè invictum duritia, proxima olivæ firmitas, tùm persico, deinceps amygdalæ, & alijs, ad mollusçæ nucis usq; teneritudinem. Scabra testa intus juglandi, foris persico, & labyrintheis canaliculis sinuata, amygdalina punctis excavata. Maxima quoq; pars continuo tegitur tergore, paucæ bifores, ut juglans manifesta & facilis aperiri, persicum altera tantum ex parte manifestißimum, sed difficili-

 us ad

us ad separationem, in pineis obscurior discretio, obscurissima in avellanis, mediocris in amygdalis, in pistaceis vestigia per se ipsa hiant aliquãdo vetustate.

Putamẽ est tegmen fructus inutile, quod aufertur.

Nec verò compositum tegmen uniusmodi est, sed vel geminũ, ut membrana et corium in punicis, caro & corium in cucurbita: vel multiplex, ubi putamen extimum, aut toti corpori circumfunditur, ut in juglande, aut parti corporis, ut in glande, et abellina.

Fructus non nisi exacta maturitate rapiendus est, neq; tamen expectandum ut decidat. Conditur extra prædictam loci rationem, armariis, pyxidibus, vel sportis: aliquando & folia interponuntur: mala medica hordeo, aut milio obruuntur. Qui oleosi sunt sparsos componi necesse est, ut spiritum accipiãt. In acervos enim congesti, spiramento ademto, incalescunt, & facilè rancescunt, si præsertim, & externus aliquis accedat calor.

Ipsa fructus genera partibus prædictis constantia duo sunt, simplex & utrinq; mistus fructus.

Simplex mollis est, aut nux.

Mollis, qui operimento molliori constat, estq; folliculus, aut caro.

Lusstina. *Folliculus est fructus coriaceus, & vasculum quoddam, ac velut utris seminum.*

Duo ejus genera, siliqua, & spica.

Lust / blewka. *Siliqua est folliculus clausus. Principiò differt*

fert partibus. Est enim vel unicoria, ut leguminis: vel multicoria: aliqua intus & carnea, ut charantiæ: Deinde dißidet figurâ. Nam alia est recta & teres, ut caßiæ fistulæ: alia inflexa, & pressa, ut fabarum: alia orbiculata, ut ciceris arietini: alia fimbriata, ut hyosciami.

Spica est folliculus apertus. Ut enim antiquitùs **Klas.** *Deorum pharetræ fuerant* ἀμφιμερεῖς, *quasi dicas opertæ contignatione, & ex humeris suspendebantur, è diverso hominum carebant operculo, & pendebant à junctura: Ita spica distat à siliqua. Varro putat à spe denominatam. Eam enim quòd sperant fore, serunt, inquit, agricolæ, sed verior origo est, quòd in mucronem desinit, unde inspicare est acuere, & spiculum teli genus. Spica omnis continet granum, & glumam et cùm primitus oritur vaginam. Granum* **Zrno.** *est spicæ pars intima, solida, à gerendo dictum, quod spica geratur. Gluma grani theca et adeò ipse folli-* **plewa.** *culus: fit à glubendo, quòd eo folliculo deglubitur granum. Vagina est folium, unde oritur spica.*

Præterea fructus mollis quibusdam carne copiosiore constat, ut malis, ficis, cucumeri, et cæteris id genus, quo pertinent & iuli, quales sunt corylo, item pilulæ, bacæ, & complura alia.

Adhuc fuit fructus mollis, nux est fructus, qui du- **Wořech.** *ro tegitur. Nomen accepit à nocendo dentibus, cùm frangitur, aut veriùs à juglandis effectu, quam omnibus satis noxiam esse constat.*

Extremum genus fructuum est ex utraq; natura mistum, cui & lignum intus est, & extra molle corpus, ut olivæ, pruno, persico.

Et floris cum fructu connexum hoc in loco dixisse, aptissimũ fuerit. Alia namq; circa fructum florem producunt, ut olea; vitis, quæ fructũ in medio floris gerũt: alia florem super fructũ insidentem emittunt, ut punica, malus, rosa, majorq; pars coronamentorũ, atq; adeò omnia quæ florem folio numeroso producũt, quippè omnibus his flos in postremo fructus, et crescẽte fructu diu infixus servatur.

Partibus his fœtus subjiciẽda est situs ratio. Fœtus igitur vel plantæ corpori adhæret, ut lauri bacca: vel dependet pediculis, ut poma, pira: quidam utroq; modo & adhæret & pendet, ut olivæ, quibus & breves, & longi pediculi sunt.

Plures verò & inter se coniuncti, atq; connexi fœtus uniformes, aut simul nascuntur, statisq; temporibus, aut incerto modo, & alij post alios: sic plantæ non minus fœtu, quàm foliis perennant, et æternam naturam habent, ut citri fructus, alii maturi sunt, alii affecti tantum, nondum etiã perfecti, alii inchoati, alii in spe floris. In maxima tamen admiratione pinus est: habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia, & sic dispensatur ut nullo non tempore maturescat. Plures fœtus situs ratione sparsi sunt,

aut

aut condensi, iiq; umbella, aut racemus, aut juba.

Vmbella est fructus in orbem stipati frequentia, ut fœniculi, cumini, sambuci. Wrcholik

Racemus græcis botrys est fructus condensus globatus, pediculis instar stipitis in ramos sparsis, et divisis, ut ederæ, uvæ. Hrozen.

Jubæ propriè sunt crines à collo animalium pendentes, unde jubata dicuntur, quæ jubas habent, quæ significatio deinde & ad fœtus acervatos trasfertur, quomodo milij granum comæ, jubævè fimbriato capillo incurvatæ complectuntur.

De fœtu plantæ uniformi dictum est hactenus, restat ut exponamus de multiformi & vario, neq; magis absurdum videri debet, eandē plantā diversos fœtus eniti, quàm folia dissimilia ferre, aut eodem in fœtu partes non unas easdemvé esse. Hujus generis vel imprimis robur est, quæ præter glandem plurima, et alia gignit, namq; fert & gallam, & quædam veluti mora, ni distarent arida duritia, plerumq; tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis olivæ similis, & pilulas multiplices, & alia.

Nunc omnibus de planta & fœtu per se dictis, componenda sint invicem, idq; per singulas partes. Ergò primùm sylvestres plantæ minus ferunt, quàm urbanæ: in causa est earum spissitudo et siccitas. Inde fit, ut omnem ad se succum avertant, et attrahant. Sic et mulierum, reliquarumq; animantium nonnul-

lis

lis sterilitas, corporis habitu constat. E diverso quod laxum, permeabile, & humidum est, largè fructificat, quanquam ipsum imbecillius. Et hoc præstat agricultura, alimenta subministrando, afflatibusq́ exponendo, omnibusq́ modis corpus patefaciendo, & supervacaneis abscissis, in plãtam et fructum omni alimẽto redigẽdo. Itaq; cura fertilitatẽ, et simul cum ea imbecillitatẽ adijcit plãtis, et senectã. Quin et protinus moriũtur aliqua, præsertim si cœlum fœcunditatẽ omnẽ eblãdiatur, et maximè vites. Ideoq; et prægerminant fœcunda, et præflorent, atq; in totum præcocia sunt talia, ut pote infirma. Omnis enim infirmitas cœlo magis est obnoxia. Quibus rebus efficitur etiam, ut quæ benè germinant, malè fructificent, et è diversò quæ benè fructificant, malè germinent. Ad utram enim partem succus influxerit, reliqua jejunior erit. Cum radice verò fœtatione collata, quæ altè radicantur, quoniam & stipites validos, & ramos multos edunt, fructum abunde profundunt, ut triticum cùm ex uno plures culmi prodierint, plures & spicas emittat necesse est. Sed aliquando radices fœtationem impediunt, in se consumto alimento, ut præcipuè terrâ rarâ immensum quantum progrediantur. Est & situs fœtuum ad plantarum partes relati multiplex modus. Nam quædam fructum pariunt sub terra, ut tubera: quædam caudice emittunt, ut morus ægyptia: quædam & lateribus ramorum, ut

legumina

legumina: itemq; cacuminibus, ut fruges, punica, cucumis: quædam sub foliis ferunt, & hoc modo contegunt fœtum, ut maxima pars: quædam super folia, ut ficus, ut cui folia sint maxima, umbrosissimaq;.

De duratione speciei plantarum, cap. XXVIII.

Etenim prædicta individui & singularum plantarum natura, transire convenit ad speciei propagationem. Quædam igitur singulis generibus nascuntur, quædam pluribus.

Singularis species seu genus plantarum est spontaneum, aut sativum.

Spontaneum, quo plantarum alimentum supra dicto interno motu, & potentia naturæ aliquando per se existit, et quasi in nervum erumpit. Neq; tantum cœli perpetua influentia circa hoc refert, verùm & aqua putrescens terrâ permistâ, & ipsius soli recens moti, subactiq; natura: unde ejus loci familiaria protinus emicant, & pronascuntur. Imbres aliquando si crebriores incesserint, & diutiùs occupaverint, putredine quadam aquæ terræq; commissa, seminis vice sunt, & plantas generant. Quod Cyrenaicæ regioni accidisse autores referunt, cùm primùm ibi laserpitium natum est, itemq; sylva urbi ei proxima, imbre piceo, crassoq; circiter Romæ annum 403.

Species & quædam perennitas plantarum sativa

eſt qua planta alia ex alia oritur, perpetuis vicibus naſcentibus in morientium veſtigia ſuccedentibus. Naſcuntur autem ex ſe invicem radice, propagine, & ſemine. Quarundam enim radici præcipua vivacitas eſt, et totius inſita quædam et latens vis, quomodo crocum, lilium, & alia ſeruntur, itemq́; ulmi, & ceraſi è radice pullulant.

Hujus loci eſt et regerminatio, cùm ſtipes ſive natura ſua, ſive externa vi abſumtus renaſcitur.

Rozwod / reſlink.

Propago eſt ſpecies & amplificatio plantæ ſativa, quâ membro externo rurſum in terram defixo, radix nova et viridis acquiritur, quomodo propagatur gramen, olea, edera. Hæc plantarum ſpecies agricultura promovetur duobus modis, ramo ab arbore depreſſo in ſcrobem, & poſtea amputato flexu, plantaq́; tranſlata. Alterum genus luxurioſius, radices in ipſa planta ſolicitando, trajectis per vaſa fictilia vel qualos ramis, terraq́; circumpactis, atq; hoc blandimẽto impetratis radicib. eodẽ quo ſupra modo abſciſſa propagine, et cùm qualis illis ſata. Hoc modo roſmarinum ſerunt, & ſabinam herbam, quoniam neutri ſemen.

Vciata witew / rauß/ancß wodnoj.

Talea autem eſt pars externi membri utrinq́; præciſa ſerendi gratia. Ita ſeritur ſalix, olea, et ſimiles.

Setba.

Hæc eſt plantæ partium ſatio, frequentior reliqua ſeminis, cujus vitium peculiare eſt, cùm ſata degenerant, ut omnes arbo͞res hoc modo tardà proventu, ac degene-

degenerantes, et insito restituendæ: aut cùm è semine diversa species nascitur, ut è barssicæ semine rapum. Seritur naturâ, cùm decidens, exceptumq; terra vivescit, aut transfertur flatibus, aquis, imbribus, ut ulmi semen flatibus in loca proxima delatum similem arborem gignit: aut cum alicubi aqua extumescens erumpit, & ubi propè locum inundatum plantæ steterint, hìc anno sequente resiccato solo iterum surgunt. Agriculturâ autē sementis faciendæ non unus est modus. Namq; modò singula semina terræ mandantur, modò acervatim, ut porrum et apiū seruntur in laciniis colligata, atq; ita ampliora redduntur. Apium prætereapalo adacto, et fimo, terraq; injecta serendum censent. Quædam semina agriculturâ negliguntur, ut quorum copia non est, & quorum plantæ sua sponte celeriùs prodeunt.

Atq; hoc modo singulis generibus prodeunt plantæ: quædam & pluribus modis nascuntur, ut salices & sponte, & semine, & talea proveniunt: laurus item pluribus modis seritur.

De herba, ejusq; prato, & arvo, & reliqua natura singillatim, cap. XXIX.

Plantæ partes publicæ, quæq; ad omnē ejus naturā in universum pertinent hunc ad modum se habent, sequitur ut de generibus communibus omnibus plantis, quæ figuræ varietate constant, dicendum sit. Sunt autem prima duo, simplex, & mistum.

Planta formæ simplicis item bifariam dividitur, in herbam, & ut ita dixerim sublimiplantam.

Bylina. *Herba est planta tota quasi in terra hærens. Nam extrà bina foliola, illico è seminis pulpa prodeuntia, de quibus antè diximus, statim à radice folia fundit, et hoc modo cunctis sui partibus humo desigitur, & demergitur, unde & nomen sortita est. In ea peculiariter quoq; supra dictæ naturæ ratio animadvertenda est. Alimentum copiosius, quàm altior materia desiderat, itaq; majori impendio, & cultu operosiore, ut aratione, sarritione, runcatione & similibus constat. Solum enim rarum, leve, atq; omni supervacanea materia vacuum sit necesse est, ut alimoniam quam facillimè sufficere poßit. Imbres quoq; æstivos, qui paulatim et crebrò adveniant, præter cæteras, requirit, quia infirma est, & per summa telluris hærens, propter quod subitò madescere iuxta & siccari potest. Aetas aliûs paucorum dierum est, ut fungorum, aliûs menstrua, aliûs annua, ut maximæ partis, quædam bima, aut trima sunt, ut apium et similia. In generibus elementorum, et temperamenti, solum pinguius, quàm reliquæ plantarum desiderat, ut poté quæ id tantúm alimenti, quod summa tellus ministrat, (ut palam est) capiat, quod nec exiguum, nec exiccatu facilè esse debet. In radicis generibus peculiare est capitatum seu bulbosum, quod in orbem crescit. Estq; aliud continuum, idq; vel similare,*

lare, fungoſum, & molle toto corpore, ut arum: vel ex cortice & cartilagine conſtans, ut malum terræ, rapum: aliud diſcretum tunicis carnoſis ut bulus, cæpa, allium &c. Genus verò ſitus peculiare eſt pratum, & rus. Pratum eſt locus herbæ ſylveſtris, unde fænum colligitur, dictum quaſi ſponte ſua paratum. Vlpianus pratum definivit, in quo ad fructum percipiendū falce duntaxat opus eſt: & fructus ipſe fænum, à fænore appellatus eſt, quod idem permanens quotannis ex ſe novum pariat. Rus eſt locus extra urbem, ubi agri ſunt, & villæ, propterea quod in agris rurſus eadem fiunt, ut rurſus capiantur fructus. Ager verò eſt locus herbaceorum, in quo aliquid agitur, ſive arando, ſive conſerendo, unde & appellatio, niſi quis malit à græco quod eſt ἀγρὸς *derivatum. Arvum verò eſt ager aratus. Herba enim cū primis ut præmonuimus nō modo pīguē, ſed et altā et ſubactā terrā deſiderat, quòd radicibus per ſūma adhæret, minuſq; quàm ſatis eſt, in dēſo ſolo haurire poteſt: frugali verò plures radices capeſsit, quoniam altè deſcendit, ideo nec exareſcere facilè poteſt.*

Arvi partes quædam ſunt porca, & ſulcus.

Porca eſt arvi inter ſulcos elata terra. Dicitur porca quòd ea ſeges frumentum porricit, ut antiquitùs exta deis cum dabant, porricere dicebant.

Sulcus vocatur, quâ aratrū vomere lacunā fecit.

Rurſum terram cùm primùm arant, proſcindere

 appellant

appellant, cùm iterum offringere, & id genus alia arandi discrimina sunt.

Radicidium est radicum herbarũ collectio. Fieri debet in juventa, plenis succi plantis, ante quàm externo membro succrescente exhauriatur, id est vere. Quanquam non ignoramus initio ætatis radicum humorem copiosiorem, & crudiorem justo inveniri, ideóq; maximè corruptioni obnoxium. Qua re adductus Dioscorides radices evelli jußit, cùm folia decidunt, hoc est vario quidem tempore, maximè tamẽ autũno. Fodiendæ sunt quàm integerrimæ, cunctisq; sui partibus, & legendæ non divellendæ: quanquam aliquando has vel illas partes succidi oportet, ut verbi gratia ellebori imas atq; tenuiores: superna enim in caput extuberans inutilis est. Evulsæ aqua abluendæ, & penitus mundandæ, tùm medulla lignea in longum scisso corpore eximenda est, postea siccandæ in umbra. Sed quæ crassæ sunt in sole, & vento tutò siccari possunt, commodiúsq; si dissectæ, funiculo, frustis invicem distantibus, traiectæ suspendantur, aut cratibus impositæ quotidiè sæpiùs manibus revolvantur. Decerptis & servatis hoc modo minutioribus ætas annua: grandiores biennium, aut triennium perdurant, à trimatu omnes inutiles.

Externi membri natura ad fructum tantum sese ampliat, ergo quæ uno fructificant anno, quæq; biennio durant, ut apium & cætera similia, & quæ plus tempo-

temporis obtinent, his omnibus & supernum membrum pro ratione durationis convenit. Cum enim semen parturiunt, tum caulem emittunt, ut quem non nisi seminis causa promant, itaq; fœturæ tempore colligendas esse consentaneum est. Optime servantur sacculis coriaceis, aut capsulis ligneis, è picea vel tilia factis, aut fictilibus, excluso spiritu, cui conditioni contrarius est error suspendentium in trabibus, in sacculis lineis, et raris, aëris injuriæ, pulveri, fumo, et animalium noxiis expositis. Mensurantur manipulis, quorum singulis precium est duo vel tres denarii, quanquam alia aliis preciosiora sunt, quæ suis locis dicentur.

De generibus harum partium supernarum, caulis propriè est herbæ stipes. Hinc & annicaulis herba, quæ caulem tantùm annuum habet, radice vivaciore: et unicaulis, quæ unicum caulem & indivisum emittit, ut leguminum faba: & è diverso multicaulis, quæ in ramulos spargitur, ut cætera legumina.

Folia herbæ primo ortu ferè amplissima sunt, & sæpè multiformia, ut una herba videatur esse non una. Nexu quoq; differunt à sublimiore planta, quòd seipsis adhærent, cùm in altiore genere plantarum pediculo dependeant. Verum non desunt, quæ cauliculaceo quodam appendice anneсtuntur, ad quem ipsum generatim pediculi vocabulum extendi potest. Quod si quis essentiales partes unà reputet, caulem

lem ut plurimum folia præcedunt, & quibusdam foliis perfectis caulis demùm assurgit, ut frumentis, ocymo, lactucæ, apio. Sunt tamen, quibus ante folia caulis protrudi soleat: Estq; alia herba ab radice tantum foliata, ut plantago, anchusa: alia in caule tantum, ut lotus, viola alba: alia utrinq;, ut intubum.

Membra superna simul cum foliis, herbas synecdoche quadam appellare moris est Herbariis. Quod & Theophrastus memoriæ prodendum sibi putavit lib: 10. Vires, inquit foliis insitas, herbas magna ex parte vocare solent Herbarii.

Propagatio speciei herbarum omnibus modis fit. Spontè quidem plurimæ nascuntur. E sativis verò peculiare genus est lacrymâ natum: quippè lilium hoc modo exire traditur, eo quod defluxerit sole arescẽte. Radici præcipua vivacitas, et ideò plurima avulsione seruntur, cujus peculiare genus est bulbaceum, seu capitatũ, præcipuéq; diuturnũ & fruticosũ, itaq; õnia hujusmodi à radice nascũtur. Caule reciso, ferè quidem omnia regerminant, exceptis quæ non scabrũ caulem habent. Hoc modo agricolæ arorum, et aliorum bulborum radices augent, exciso superiore membro, & in radicem unam omni redacto alimento. Radix item et rapa direptis foliis terra cooperta, crescũt durãtq; ad æstatẽ, neq; regerminãt nisi accumulatã humũ semoveas. Et quædam semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt, ut porrum, apium.

pium. Iam seges vocatur, quod aratū satū est. Novalis autem est, ubi satum fuit, antequam secunda aratione renovaretur. Omnia utiq; meliora nascuntur acervatim sato semine, quàm sparso. Ita certè porrum et alliū serunt in laciniis colligatum. Apium etiam paxillo caverna facta ac fimo injecto. Quædam & radice & semine nascuntur, ut cepa, allium: quædā semine, et surculo, ut ruta, origanū, ocymum, quæ præcisa serunt. Et de herba hactenus.

De cremio & arbore, cap: XXX.

Nunc eam plantam exponemus, quæ in sublime effertur, cœli cupida, ut animantium homo. Itaq; folia ejus tota à terra se attollunt, neq; resident ut herbæ: estq; unistirps, aut frutex.

Unistirps est planta excelsior, cujus unicus egreditur scapus: eaq; item in duo genera dividitur, cremium et arborem. Cremium est sublimi planta unistirps stipite exiguo. Græcis φρύγανον *unde* φρυκτώριον *et id genus alia: cui latinâ linguâ cremii nomē inditum Gaza ignoravit, ut ex ipsius verbis apparet. Inter herbā inquit, et fruticem Græci genus tertium reddunt, idq; Phryganū nomine usitatissimo vocāt, Latini autem eo nomine vacant, nec quatuor genera faciunt, sed arboris fruticis herbæq; apellatione universas plantas amplecti se satis existimant. Alibi suffruticem impropriè appellat. Nihil enim cùm* Chrastin; Strůmek

M frutice

frutice commune habet Nam neq; est frutex parvus, nec saltem inchoatus, ut nomen indicare videatur, ut potè quod non semper, frequentia stipitum superveniente, in fruticem transeat.

Strom. *Cremio proxima est arbor, id est sublimiplāta unistirps, stipite grandiore. Dicitur arbor quod in se habet* τὸ ἀ[illegible] ἐσχηκέναι ἰσχὺν *sive* ὅτι ἀ[illegible]εταιβίχ.

Intemperies arboris, curâ quoq; hominum emendatur, & sunt quæ ad plures, et inter se contrarios excessus valent, ut quidam lapides subjiciunt, quippè Virgilio præcipiente, lapidem bibulum, aut squalentes conchas infodere, ut aer subire poßit, aut aqua interlabi. Alii saxo aut testâ urgent, hoc enim munimen est ad imbres per hyemem, & ad æstus arcendos refrigerandamq; arborem per æstatem. Alii sarmenta substernunt, alii lignum infodiunt satis crassum, quod postea extrahunt, ut nunquam alimenti copia desit, aßiduo humoris confluxu terra madescente. In generibus elementorum, æstas sicca minus est huic generi noxia, ut potè validiori, & penitiùs terræ defixo, obidq; alimento referto. Quapropter id potiùs desiderat, quod ad percoquendum germinandumq; valeat auxiliari. Cujus rei argumentum habemus, quod nunquam ante ver datur germinandi facultas. Imbres quoq; arbor modicos desiderat, nam si crebri accesserint, deteriorem præ alimento nimio reddi credendum est. Et pinguis lætaq;

taq; tellus minus est arbori commoda, quæ latè descendens, imaq; subiens succosa, plus æquo attrahit alimenti.

In condißimilibus partibus aliquando radix optimè constat, superna vitiosa sunt, quod fieri solet, cùm solum arenosum et tophosum subest: ut sæpe in ruderibus nulla ferè arbor sata, pro naturæ suæ copia fructus ferre cernitur. Radix arboris brevior, minus altum solum, aut scrobes desiderat: ut oleæ, fici, quæ per summa telluris hæret: ne plusquàm satis alimenti suppeditet: altior verò solum magis suspensum & scrobes profundiores exigit.

Locus verò, præcipuè multarum arborum, est sylva, aut pomarium. Sylva propriè dicitur, qui cæduus est, hoc est qui habetur eum in usum, ut ex eo materia cædatur. Quod si succisus sit, nihilominus sylva dicitur, quoniam rursus ex arborum stipitibus, aut radicibus materia renascitur. Itaq; à Græco ὕλη nomen accepit, quod materiam significat, & hujus loci arbor propriè sylvestris diceretur.

Pomarium est locus arborum mitium, quæ seruntur pomi causa, quod à plantis suis nonnunquam peculiaria nomina sortitur, ut vinea, vitium pomarium dicitur.

Præterea caudex privati appellatur primum extrenum membrum, quod radici adhæret, id est stipes arboris: Frons autem arboris folium. Est et sativæ

ſpeciei, quæ fit radice, peculiare nomen in arboris genere. Nam multarum radicibus pullulat ſoboles denſa, & parit mater, quas enecet, ejus quippè umbrâ turba indigeſta premitur, ut punicæ, platani, lauri, & quarumcunq; radices, amore ſolis & imbris, in ſumma tellure ſpatiantur: his enim ſolis tales pulli proveniunt. Ii cùm avulſi ſeruntur, plantaria vocantur. Et alia ſpecies ſimilis arboris propria exiſtit, avulſiq; arbore ſtolones vivunt.

De frutice, & arbore fruticeſcente, & Oleri-arbore, cap: XXXI.

Proximè & ſecundum uniſtirpem, alia frutici figura. Sublimiplanta hæc eſt multiſtipes, & quaſi è pluribus uniſtirpibus compoſita, propter quod frutex à Græco βρύειν hoc eſt à pullulando appellatur, unde & bruges antiquis, quæ nunc fruges dictæ ſunt. Eadem ratione Græci vocant θάμνον ἀπὸ τοῦ θαμὰ, καὶ τὰ ἅμα quod ſint quaſi plures caudices ſimul, quibus ab radice ramoſus ſe attollat, ut rubus, & paliurus.

Hæc de excelſiplanta ſimplici, ſequitur miſta ex uniſtirpe & frutice, ut myrthus & punica, quæ primo ortu pumila ſunt phrygana, ſuopte ingenio arboris nunquam expletura magnitudinem, ſtolonum deinde appullulatione fiunt frutices, & niſi ſæpius purgentur in fruticum formam redeunt. Nux autem avellana fructum meliorem, copioſioremq; fert, ſiquis

virgas

virgas plures relinquat, ut quæ sua naturâ fruticosa sit. Neq; malus, nec pirus, nec ulla alia ab imis plantigera, caudice singulari appareat, sed cultura reliquis caudicibus abscißis utiq; tales redduntur. Quasdam caudice surgentes multiplici exilitatis causa diffundi permittimus.

Et de simpliciplanta hæc: cui jungatur ex herba & sublimiplanta composita, ut virgultorum olerumq; non nulla, quæ omnium confeßione herbacei generis sunt, ita augescũt, ut ad sublimiplantæ formam perveniant, propter quod oleriarbores vocantur. Braßicam Scaliger prodit visam aliquãdo tam grãdẽ, ut unum foliolum hominis proceri fuerit palliolũ, atq; ita risum captatum. Lactucã in arboris speciem grandescere vulgare est. Theophrastus tradit ejus stipitem ad hortorum postes quæsitum. Eadem est natura radicis & rutæ, præterea paliuri, autore Dioscoride, & similium.

De coniunctis plantis, cap: XXXII.

Exposita simplici plantarum natura, in hanc cognationem et de coniunctis dici conveniat: unde plãtæ duplices sunt connatæ, aut confines.

Connatæ, quarum alia in alia vivit, ut quercus & viscum. Ex ijs adjunctã parasiticam appellat Scaliger, quod alienâ victitet quadrâ, cujus item duo genera sunt: nam quædam è corpore subjectæ plantæ e-

nasci, quædam cortici duntaxat ad nasci videntur. Primi generis utraq; species reperitur, spontanea & sata.

Spontanea cùm per se excrementitius subjectæ plantæ succus à calore interno informatus, & ab externo adjutus, in plantam transit, & coalescit, in morem cornu ex animalium ossibus per expulsionem excrementorum prodeuntis. Hoc modo nascitur viscum, quod propterea Ion Chius poëta, in fabula Cenei, sudorem quercus appellavit. Similis natura est agarico, polypodio, dryopteri, cassutæ, orobanchæ, epithymo, et hujus generis aliis. Eodem pertinet edera è cornibus cervi enata; cujus fides penes autores fuerit.

Enata planta sativa est, quæ è prægressa aliqua sui generis plantæ parte, ex alia pronascitur, quod arte quoq; hominum & cultu fit, & plantarum adulterijs excogitatis ab homine. Bifariam provenit insitione, et inoculatione.

Insitio est, cúm scisso trunco fæcunda plantæ surculus, in sterili inseritur, qui propriè calamus et tessera, vel potius per diminutionē tessella dicitur, quod utrinq; præcisus instar tesseræ seu taleæ habeat.

Inoculatio est plantæ seminis aliûs in alia satio. Fit naturâ raptim avium fame devorato semine, solidoq; & alvi tepore madido, cùm fæcundo fimi medicamine abjecto in mollibus arborum lecticis, aut

ventis

ventis ſæpè tranſlato in aliquas corticum rimas, unde viſa eſt ceraſus in ſalice, platanus in lauro, laurus in ceraſo ſurrexiſſe. Tradunt & picas & monedulas condentes ſemina in theſauros cavernarum, ejus rei præbere cauſas. In quo naturam poſtea ars imitata eſt: Sic inventa artificioſa inoculatio.

Et hæc hactenus, ad nata verò plãta eſt, quæ è ſordibus, in corticum rimis contentis, et vel à cœlo calorem vivificum, vel à planta naturalem quendam halitũ accipientibus provenit & alitur, ut in quercu muſcus, et lichen, quem pulmonariam dicimus.

De Sympathia plantarum, cap: XXXIIII.

Superſunt finitimæ plantæ, & juxta ſe invicem ſatæ, in quibus pax aut bellum naturæ cernitur, odia, amicitiæq; rerũ ſurdarum ac ſenſu carentium. Hoc modo braßicis eruum ſociatur, & in arborum genere olea et myrtus conjungi gaudẽt: rutæ amicitia cum fico tanta eſt, ut nuſquam lætior proveniat, quàm ſub hac arbore. Hordeum quidam vitibus interſerunt, aut aliquid ſiccum, ut immodicũ humorem abſumat. Et quæ de cuncta plantarũ natura in univerſum indicare decet, hactenus ferè ſunt: plura mox et diſtinctiùs. Nunc enim quãdam univerſitate rerum, communia omniũ exhibita ſunt monita. Verùm egreſſa mens interpretationẽ naturæ, feſtinat legẽtis animũ, per ſingulas plantas, Hiſtoriã velut manu ducere.

METHODI

METHODI HERBARIAE LIBER II. DE HISTORIA PLANTARVM.

Definitio historiæ, cap: I.

Historia est secunda pars Herbariæ de singulis plantarum generibus, ætiologiæ subjectis. Historia namq; propriè significat rerum singularium, quæ videntur, ideam, ejusq; expositionem, propter quod ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, *quod videre est, apparet dictam. Reddatur hoc in loco & Empiricorum sectæ sententia, & ipsa aliqua in propositum. His enim* αὐτοψία *id est proprius intuitus, est ipsa comprehensio et idea visorum, historia verò ejus Ideæ nominatio. Neq; duntaxat res humanæ, sed etiam ipsa rerum natura in historiæ vocabulo in nominando intelligitur, ut Aristoteles animalium, Plinius totius rerum naturæ doctrinam, historiam inscripsêre.*

De fungis, cap. II.

Species plantarum (quod equidem sciam) qui plenè distinxerit, & disposuerit, habemus neminē, neq; hic ordo autoribus admodum fuit curæ, nusquā venia justiore, sicut ne opera quidē difficiliore, si modo cuncta humanus exequi queat animus. Vt tamē historia distinctius

distinctius tradatur, utcunque licebit partiamur. Atq; ut à communissimis & primis auspicium ordiendi faciamus, vulgaris est horum generum affectio, in se invicem transmutandi, & transeundi, ut triticum transit in lolium. & è contra: sisymbrium in mentam: è vetere rapi semine nascitur brassica, punica acida transmutatur in dulcem, & hac in acidam, caprificus in ficum, & è contrario ficus in caprificum: similiter & oleastrum in Oleam, olea vicissim in oleastrum.

Genera plantarũ Ætiologia comprehensa, prima duo sunt, planta rudis, & elaboratior. Inveniuntur enim plantarum gradus quidam, ut animantium, quorum alia informia & indigesta sunt, ut spongia, urtica, cancer, echinus: alia absolutiora.

Planta rudis & confusa est, in qua Ætiologia de qua volumine I. *diximus, minus est exacta. Inde fit, ut sylvestris sit, & in consimili parte tota natura parabilior, herba duntaxat figura, & composita plerunq; cùm terra aut arboribus natura.*

Duo ejus genera fungus, & muscus.

Fungus est planta rudis lenta et spongiosa, ut planè nec terra sit, neq; aliud quàm concretus, viscidus, & crassus madẽtis terræ succus. In elementorum mistione & temperatura hæc notantur peculiariter, cum fuerint imbres ac tonitrua, tunc nasci, & cum his alio anno citiùs & uberius, alio tardius. Partem consimilem habet cartilaginem, sine nervo & vena: condissimilem primam viscus sine medulla, cortice inclusum.

Estq; duplex tuber, aut propriè dictus fungus.

Tuber quasi tumer (Græcis ὕδνον παρὰ τοῦ οἰδεῖν, *id est ab intumescendo) est fungus forma globata.* Tuber. Zliwy / Zauby.
Quod ad partem consimilem attinet, in elementorum temperandorum motu interno, cælo vero tenerrimum est, & tùm effoditur. Præterea terra maximè constat, ut cuius ipse globata quasi callus sit, item ex imbri-

bus & tonitribus. Corpus ipsum & mistio elementaris distinguitur colore nigro rufoq́, & intus candido. Aetate annum non excedit. De generibus motus & facultatis: crescat anne, ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est, & vivatne an non, Plinius haud facilè arbitratur intelligi posse. E membris sive organis, sola radix inest, neq́ aliud quam radix est, excedens sæpè magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere, forma bulbacea, nullisq́ fibris fixa, aut saltem capillamentis. Cardanus materiam & alimentum crassius esse demonstrat, ut radix fungosa sine stipite nascatur. Situs inseparabilis, vulgaris, terrestris (quo sic circumdatur, ut nec utiq́ extuberet locus, in quo gignitur) sicci, sabulosiq́, & frutectosi, exotici Pannonia & pleraruncq́ Italiæ regionum. Effigies extat in Commentarijs Mathi: in Diosc: lib: 5 cap: 139. & apud Dodonæū Pemp: 3 lib. 5 c. 25.

Fungus. Lauba.

Fungus propriè dictus à funere agendo nomen sortitus est, quod periculosissimus sit vescetibus. *In parte consimili motus & actio mistionis elementaris naturalis. materiam habet succum terræ tenuiorem, quam tuber, & in summa limum, & quasi pituitam, acescente succo madentis terræ, aut radicis arborum. Alitur præcipuè & imbribus, ut suprà generatim ostendimus: initioq́ spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus. Motus verò interni præternaturalis in fungo venena sunt illa perniciali, prorsus improbanda: caligarius clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor, quasi affuerint nascenti, omnem illicò succum, alienumq́ saporem in venenum decoquit, sed hæc quis deprehendat in venalibus? Ducunt & nati alia vitia, nunc quidem si serpentis caverna juxta fuerit, si patescentes primo adhalaverit, capaci lentore & venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaq́ caveri præcipiunt, priusquam se condant serpentes. In ipso corpore quorundam dissectorum facilè noscuntur venena, diluto, ut Plinius ait, rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro, quibus postremo accedit nigredo, & ita protinus computrescunt. Quamobrem & Avicen: lib. 4 fen 6 nocentiores tradit, nigros, vel virides, vel in nigro purpurascentes. Noxij sunt & qui in coquendo duriores fiunt. E partibus condissimilibus & membris, collocationis nullum est, ut potè cohærentis terræ, aut arbori plantæ: quanquam interim fibris nituntur, aut saltem capillamentis. Nascuntur autem locis herbosis, sabulosisq́, sed humidis, ut in pratis, vervactis, sylvis circa arborum radices. Quidam præferunt montosos: Horatius pratenses laudavit, Pratensibus, inquit, optima fūgis natura est. Perfectio succi sola stipitem exilem habet, supernè latum, velut capite imposito. Quod ad usum attinet, crudus in*

cibum

cibũ venit, sed & conditur siccatus in vasis. Precium æstatũ in medimnus 2 coronati: sed hoc ipso anno contigit, cùm commentarer hæc, ob nimiam siccitatem, caritatem ejus juxta & reliqua annona tantam esse, ut medimnus 5 coron: venierit, tanta voluptas ancipitis cibi est. Effigies pingũtur apud Mathiolũ lib. 4 cap. 78. Diosc: & apud Dodonaũ pem: 3. lib: 5. cap: 21.

Fungi numerosa genera magnitudine, duritie, colore, sapore, & reliquis qualitatibus divisa, & prima omnium fungus oblongior, aut pezica.

Oblongior alius maturat in proventu, spongiola Spongiola
quibusdam dictus, alius seriùs nascitur. Smrž.

Spongiola alitur Aprili mense & hoc tempus illius est: ipsum corpus non modò odorem eximium spirat, gustuiq; gratissimum est, sed etiam omninò innocuum. *Inter serotinos minimum quoddam* Holubky.
genus est, nostris à candore Columbinũ appellatum, Ryzec.
reliquum rubicundius et multiplex, ut quod nos Bo- Lissa.
bemicè fulvũ, & vulpẽ à colore, & amarum fungum Horka hauba.
vocamus. Qui dilutiùs rubent, boletos dictos vo- Hřib.
lunt: quorum in motu iterno naturali, ortus occasusq; omnis intra dies septem est. In stipitis organo peculiariter volva priùs gignitur, ipsum postea in volva ceu in ovo est luteum: præcipuam his commendationem palati delicatior sententia dedit, sed insigni exemplo in crimẽ adductis, veneno Tiberio Claudio principi, per hanc occasionẽ, à conjuge Agrippina dato. unde Martialis: Boletum (inquit) qualem Claudius edit, edas.

Sunt & in fungorum genere à Græcis dicti pezi- Pezicæ
cæ, quasi sessiles, vulgò lupi crepitus. In condissimilibus Plinij.
partibus primis, medullam gerunt laxam & præhumidam, quòd si resiccati rumpantur, tenuissimum pulverem, instar fumi, eructant. E membris collocationi nullum, sed per se terra, locis arenosis & humidis, assidentes perfectioni succi & ipsi plantæ stipes sphærica figura.

Et fungus hactenus, sequitur muscus.

Mech/ Oſtiechý Kjaſa.

Muſcus eſt lanugo viridis, qualis fontium marginibus cernitur. Muſcũ haud dubiè murinæ mollis & villoſæ denſitatis argumento dicimus. Græcis τὸ βρύον *quòd ſcaturiginibus gaudeat. Dicitur et alga ab aquarum algore, & ulva ab humore.* Alitur aquarum ſordibus, & velut fece terreſtri. Ideo Ariſtote: lib. 6. anim: genus quoddam fuci marini, maris purgamentum definivit. Naſcitur ſolis aquis, aut ſaltem locis aquoſis, & riguis.

Muſcus eſt anguſtifolius, aut latifolius.

Muſcus anguſtifolius aquis, terræ, & arboribus adnaſcitur.

Aquaticus ab imo naſcitur, aut inſuperficie aquar.

Muſcus anguſtifolius aquaticus imus, eſt muſcus marinus, aut craſſior & algoſus.

Muſco marino ſolum eſt pelagus, natura & ſub undis ſeviſſimâ ſui parte, per ſcopulos & teſtacea, ſive cõchylia, & quâquâ patet, ſatis benigna. Ipſa verò adnata planta motu interno naturali oritur ex viſcoſitate ſaxea duplici ſpecie. *Alius eſt enĩ tenerior, Græcis* βρύον θαλάσσιον, *ſeplaſiæ Corallina,* corpore lapidi ſimiliori, quàm herba. colore ſubaldio, ſubindè non nihil rubente, cujus triplex genus pingitur apud Dodo: 1 pemp: 3 lib: 5 cap: 19 & apud Mathiolum lib: 4 cap: 94 Precium eſt in manip. 1. cruciat:

Corallina. Mech Korálowý.

Curaliũ. Koral.

Conſimile, ſed diverſum ab hoc genus eſt curalium, id eſt, muſc⁹ marin⁹ ſolidior. Huic pars conſimilis abſoluta ineſt ſola caro ſine nervo & vena, ſub aqua mollis, exempta confeſtim dureſcens, unde & Gorgonia Plinio videtur dicta, quod Ovid: cecinit his verſibus:

Sic & curalium, quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Dicitur & tactu lapideſcere, ſi vivat, itaq; occupari evelliq; retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa à ſcindende παρὰ τὸ κείρειν cu-
rallium

rallium vocitatum interpretantur. Condissimili parte prima, constat viscere solido, & cortice. Nam circumquaq; muscosum exemptum ab artificibus expolitur, cortice deraso, pulvere smyridis, ac terra quadam è Tripoli Aphrica lavigatum. In membris radix nulla. Collocatio innitens, inseparabilis, vulgaris, aquatica, qua mergitur totumq; haret in alto, et exotica maris Tyrrheni & Siculi. Perfectioni succi comparatus est stipes rectus, dividuus nec ramosus. Sine folio est: fine fatu, & manifestus error Plinij tradentis baccas ejus candidas exemptas durari & rubescere, cùm qua circumferuntur stipitis frustra & trunci sint, modo quo diximus tornati. Sponte gignitur, figura composita, nam & herba, & cremij, & arboris formâ invenitur. Priusquam usus ejus innotesceret, inquit Plinius, Galli gladios scuta & galeas adornabant eo. nunc tanta penuria est vendibilis merce, ut perquam raro cernatur in suo orbe. Nostra memoriâ precium in semuncias tres cruciat.

Corallinarum & curaliorum multò plura postea inventa sunt genera, & hodieq; triplex noscitur, album, rubrum & quod antipathes vocant. Korál Bíly.

Curalium album carne rariori, minúsq; ponderosa, ac spongiarum modo inani constat.

Rubri natura est, ut in parte consimili terenti facilè cedat, aequabilis usq; quaq; concremento sit, nec scabrosum, aut lapidea duritie, vel rursus inane, aut concavum & rimosum, quàm maximè rubens, alga odore: in condissimilibus ut ramosissimum, & nodosum sit: forma fruticis. Inveteratum huic contrarium. Korál čerweny.

Quod Antipathes vocant curalium est specie tantum distans, colore nigro, ramosius, arboris figura. Korál černy.

Muscus aquaticus crassior, & limosior est fucus, aut ulva.

Fucus Graecè φύκος θαλάσσιος *est muscus crassior in mari nascens. Nomen invenit à specie laudatissima quae in Creta insula juxta terram in petris nascitur, tingendis etiam lanis vestibúsq; ita colorē alligans, ut elui postea non possit. Latinis sine dubitatione al-* Fucus marinus Řasa wodní anebo lečnij.

ga dicitur. Tria ejus genera recenset Dioscorides lib: 4 cap: 95.

Vlva est idem muscus fluviatilis palustrisvé, vulgata versus sententiâ:

Alga venit pelago, sed nascitur ulva palude.

Lens palust: Wiebky. Musco angustifolio aquatico ab imo nascenti connexa est lens palustris, minima plantarum.

Fovetur & nutritur palustrium aquarum spurcitie in summo natante. Partis conf. est solius carnis. Collocatio neq; radice, neq; omninò sine ea constat, pretenuibus capillamentis deorsum descendentibus, subjectis terrestribus quibusdam sordibus. & quisquilijs in superficie aquæ non fluentis, & his ut alitur ita fulcitur. Perficitur unicis minutis circinnata rotunditatis lenticulæ folijs.

Musci angustifolij aquatici historia dicta est, sequitur terrestris. Qui primùm distat magnitudine.

Muscus capillaris. Est enim genus quoddam vix palmum altum antiquis præteritum. Dodoneo muscus capillaris.

In cōsiss partib. membra habet radicem tenuissimam atq; multiplicem. Collocatur, ut cætera id genus, locis riguis, in petris & frequenter arboribus muscosis, & carie exesis, item rimis parietum. E supernis verò partibus alibi solos cauliculos, cum granulis, alibi & ramulos vestitos pilis verius quàm folijs, unde & nomen. Effigies extant apud Dodon: pemp: 3 lib. 5 cap: 18

Muscus augustifolius terrestris major, loco radicis tenuissimis capillamentis terra adhæret, humicaulis sive amplexicaulis.

Muscus palustris Mech. Dividitur stipitis magnitudine in vulgarem & sarmentosum.

Vulgaris, ædificijs utilis, composita alicubi natura ex ipso musco & planta Rore solis appellata. Ipse muscus vulgaris in membris essen: sine radice est, situs macri in desertis, sed rigui, propterea & palustris vocatur, externi membri caulis divisi, & multiplicis: accidentalis verò partis, villorum potius quàm foliorum, admodum densorum. Effigiẽ quære apud Dod: pemp: 3 lib: 5 cap: 14. Ros solis, quæ in eo nascitur, constat ex parte consimili, æstate: succo, qui liquatus auri luteum colorem

lorem reddit, & carne, conjuncta lanugine, qua vel ardentissime solis aestu rore madeat. E membris essentialibus, radice fibrosa: indivisis, sed multiplicibus cauliculis quadrantalibus, folijs auriscalpij figura & concavitate, ab radice nascentibus, surrectis. Gignit coelo Maij aut Iunij florem candidum, foliatum, sine fructu. Eff: apud Dod: 3. 5. 17.

Muscus angustifolius terrestris & major sarmentosus, est denticulatus, aut lycopodium.

Muscus denticularis.

Denticulatus folijs continuata serie, pinnatis & seratis nascitur, duplici specie, sola magnitudine distante. Effig: extat apud Dod: 3. 5. 14.

Lycopodium. Zelený ružek / ginaľ Mech zemský.

Lycopodium, id est, lupinus pes, est muscus superiori cognatus multicaulis, ramosus in morem villosorum pedum, & ungularum lupinarum, adjuncto folio capillaceo. Gignit spicam aut nucamenta muscosis floribus albicantia, cacuminibus ramorum: & errat officinatum quarundam pro spica celtica usurpantium. Effig: apud Dod: ibidem.

Muscus arborum Mech stromowný.

Muscus arboreus composita planta est ex arbore & folijs villosis adnatus, ut plurimum canus, à truncis & ramis pendentibus. Prima laus inquit Plinius candidissimo, secunda rutilo, nulla nigro Effig: apud Math: lib: 1 cap: 30. Dioscoridis: & Dod: 3. 5. 13.

Sequitur muscus latifolius sine radice, & caule, solo folio rugoso, & velut contracto, qualis est Plinij Muscus marinus, lactucae folijs sive Dioscoridis fuci prima species. Effig: apud Dod: 3. 5 20.

Similis natura est, quanquam tristior et minor, muscis latifolijs terrestribus cartilaginea natura, locis umbrosis nascentibus, licheni & pulmonariae. precia in M. 3 den:

Lichen. Datrnik skalní.

Lichen in parte consimili germinat Majo ac Iunio, subpinguis, & cartilagineus est. In collocatione innit: insep: vulg: ex aquaticarum & terrestrium saxosarum compositus. Asperginosis enim petris adhaeret, radice perpusillis fibris multiplicibus, è quibus succum lingit: Essentiali membro superno nullo, folio levi, plano, ab radice angusto, deinde diducto & lato, & triplici vel quadruplici lacinio intersecto, radicis fibrillis arctè tota superficie adhaerente, & quasi agglutinato. Pluraintersé collata sunt uniformia, aeternâ naturâ, squamatim sibi incumbentia. Fatus eius constat Iunio & Iulio Mensibus, estq; flosculus unicolor, candidus, foliatus,

parvus,

parvus, radiatim innexis folijs, pediculis capillaribus radici adhaeret, surrectâ figura. Quod ad usum attinet, lichenis impetigine affectis, & item hepaticis medetur, inde nominibus juventis. Sed ad discrimen cognominum, hepatica saxea dicatur. Effig: apud Math: Dioscoridis lib: 4 cap: 28 Et Dod: 3 5. 15.

Pulmonaria. plicnge.. *Pulmonaria est muscus latifolius terrestris: in parte consimili aridior: in collocatione continetur capillamentis radicum & loco, non modò lapidibus & duris parietisque germinibus: sed etiam annosorum, rimosorumque caudicum quercus, fagi, & aliarum corticibus: perfectionis succi, ut generatim praeponuimus, nulla membra insunt. Folium majus, durum, rugosum, asperum, lentum, cartilagineum instar crusta aut lorica. Parte supina viride, prona inalbicat aut pallet, sinuosis meatibus, & punctis, superficieique, colore, & incertâ figurâ pulmonibus simile, quibus & multum prodesse creditur. Plura multipliciter sibi implicantur. Effig: extat apud Dod: 3. 5. 16.*

Haec ferè est Historia plantae rudis, & confusae, nunc dicetur expressior & elaboratior, in qua Aetiologia supra dicta manifestiùs apparet.

Arundinaceorum Historia, & genera cap: IIII.

Plantae absolutioris, quae sequitur, prima genera duo sunt, magnitudine distantia, humilius et majus.

Humilius, nervicaule & enerve.

Nervicaule in parte condissimili prima, tenuissimo amicitur cortice, ut carnem omnem corticis loco, hoc est, forinsecus, habere videatur, ligni autem vice intus inanitatem, aut fungosam aliquā medullā.

Nervaceorum item genera duo sunt, gramineum & ferulaceum.

Gramineum intelligatur maximè consimili, & aequali

æquali corpore, hominum utilitatibus præcipuè genitum, summumq; munus telluris datum à natura, itaq; vulgatißimum, ut quo maximè animantium vita constet.

Fruges est gramineorum pars, cibo animantium idonea, per quā vivitur, à serendo, vel ut Pompejus Festus, Servius, & Donatus intelligunt à frumine dicta. Eadem Cerealia vocamus, ab inventrice sua, Dijs aßignata, cælóq; dicata Cerere.

Gramineorum rursum duo sunt genera, acutifolium, & rotundifolium.

Acutifolium constat folijs rigidis, suni similibus, nusquam intercisis, angustis, omnibus eodem modo mucronatis. Præter cætera vivax, & telluris avidißimum.

Duo ejus genera, geniculatum & junceum.

Geniculatū, quod frequentib. geniculis constat.

Est autem geniculum, seu genu à similitudine genuum animalis ita vocatum, nodus & junctura membrorum connatorum, non (ut aliàs) ex se prodeuntium. Ea membra internodia sunt. Florem fert lanugineum.

Estq; item duplex, exilius, & arundo.

Exilius in collocatione radice pratenui & multiplici nititur: multicaule est, quia multis radicibus firmatur, sed quod ramis omninò brachiari nequeat, herba duntaxat figura.

Genera ei gramen, & frumentum.

Graminea planta acutifolia, geniculata, exilior, gramen propriè apellata, est quæ spontè nascitur. Ob id Græcis ἄπὸ τȣ̃ ἀγρȣ̃ ἄγρωσις agrestis, id est, neq; sativa, nec serenda, vocatur. Aliquando herbam graminis vocabulo invenimus vocitari, sicut è con-

O trariò

trariò Theophrastus gramina πόας, hoc est, herbas nominat. Hic graminea corona in re militari maxima dignitatis, quæ ab universo exercitu servato servatori, id est, à militib⁹ Imperatori, è quacunq; herba viridi, decerpta in periculi sede, quamvis ignobili, ignotaq; honorem nobilem faciente, dabatur: quæ & à liberatis obsidione castris obsidionalis dicitur. Gramē omnibus temporū cardinibus, & quavis anni parte ad satietatem luxuriat. In partibus condissimilibus, situs est innitentis, inseparabilis, vulgaris, multiplicis & confusi, communis, & quovis loco. fertili tellure, non modo quà calcatur, sed quàm lata est, virore sternitur amæno, Species composita, nam & spontè nascitur & propagine, geniculatis internodijs mirificè serpens, & quasi gradiens, ex quo nomen invenit, crebròq; ex ijs & ex acumine novas spargens radices. Est & annicaulis restibili radicis fertilitate. In usu præterea jumentis non est herba gratior, sive viridis, sive in fæno siccata.

Species graminis, naturæ luxu, lascivientis præsertim, & in tanto opere vestiendæ telluris, tam variè ludentis, complures inveniuntur, vel per se tantùm, discriminis immensa contemplatione, siquis æstimet radices, sedes, culmos, folia, paniculas, spicas & comas, minores, angustiores, gramineas, loliaceas, triticeas, arundinaceas, miliaceas, junceas, quæ non minus voluptatis, quàm salutis hominum gratiâ gignuntur: nos vulgares tantū sūmatim cōplectemur, et nudis nominibus defuncti: quoniā satis instituto nostro est, ordinem, locúmq; demonstrare quærere volentibus.

Praten-

GRAMEN aliud est

- glabrum idq;
  - *Pratense vulgatius, cujus 7 genera* pingit Dod: pemp: 4. lib: 4. cap: 3. Ex his primum notißimum, surrecto caule, pedem alto, folio densißimo, & numeroso, spicâ lanosa & sparsa, cum aruit fœnum vocatur.
  - aut acutum
    - *Caninum sive canariū* prolixioribus craßioribusq; radicibus, arvis & satis ut familiare ita non parum incommodum, egeniculatis calamulis, folijs minoribus, spicâ floris minus lanuginosi, seminis etiam asperioris: medicina præcipue natum. Dod: 4. 4. 1.
    - *Arundinaceum, Calamagrostis,* Οἰστίce. Lobel. Icone 8.
- Folijs lanuginosis, & asperis.
  - *Ischæmō vulgare.* Lobel. Icon 9.
  - *Mannæ gramen duplex* Dodō: 4. 4. 2.

Et gramina quidem in acutifolio geniculato & exili genere ad hunc modum se habent: mitium autē & sativorum duo genera sunt, frumentum, & miliaceum.

Frumentū dici putant, quicquid emittit aristas, à fruge quasi frugamentum deductum. In parte consimili frumēto calum quodvis aptum est. & semper, & ubiq; gentium adolescit, modo ne hyemes aut calores obstent: annuum est: In varietate autem efficienda plantæ *nascendi* duo tempora suprà tradidimus, hybernum, quod secutura sævitiam hyemis tolerat, & vernum imbecillioris plantæ gratia, vel in subsidium generationis autumnalis neglectæ, comparatum. Id utrumq; in frumentis invenitur. Nam aliud est Hybernum, quod appropinquante hyeme, circa æquinoctium autumnale, natum

Frumentū hybernum. [illegible] obliq.

natum, terrâ per hyemem nutritur, & maius, habitius, robustius, alendo efficacius, & in summa melius fit. Pena autor est, non nullis Scotorum agris triticum propter hyemis sævitiam annuo spatio, atq; adeò mensium 13. terrâ fotum, & eductum, faciendo pani præcellentißimum provenire. Id tempus nascendi Plinius signat folijs deciduis. Quippe sic terram peti naturam suadere, promittereq; quandam stercoris vicem, & contra rigores terram, flatusq; operiri à se nuntiare. Aliud oritur verno æquinoctio, non quòd hyemis frigora perferre non poßit, sed ubi per aquas, aliamve causam matura generatio omissa est, præsidium ab hac petitur. Id quibusdam gentium vernum, alijs Martium, à mense in quem incidit æquinoctium, appellatur. Sed ut breviori spatio excipitur, ita minus, invalidius, & infæcundius est. Sic captum septentrionalibus, cùm maximè moras nectit, omninò ante æquinoctium autumnale perficitur, & maturescit, nimirum æstate vertente. Ideò & pentaminum. id est quinq; Mensium, dici potest. Meridionalibus ineunte æstate maturat, quamobrẽm & Τρίμηνον, id est, trimestre appellatur. In collocatione, radices quidem, motu interno præternaturali, innascuntur vermiculi, cùm, ortum prædictum imbribus secutis, incluserit repentinus calor humorem. Melius existimatur campestre, quàm montosum: commune est, & ubiq; nascitur, quanquã aliquibus regionum peculiari dote. Ideò antiqui, & Dioscorides, quàm plurimis distinxerunt speciebus, à regionibus, ubi natum aut unde advectum est sumptis, cultu quidem cælo & reliquis alimentis varium, re autem vera unum & idem. Superna partes ex cacumine tantum germinant, & crescunt, aßiduo corporis protrusu, etiamsi folia contrahuntur, ut in depastis segetibus apparet, nec à latere quicquam emittunt. Culmus est frumenti caulis, seu calamus, sic dictus, quòd colatur, qui & columus veteribus: estq; ut ita dixerim, multiculmum, & multa effundit germina, ut gramen. De folij accidentali parte sæpè diximus. Id in frumento propriè stipula dicitur, sive quòd stupæ instar uratur, sive quòd eâ quoq; rima tectorum stipari consueverĩt. Exortus eius tardißimus est, diutißimeq; frumentum in herba permanet, donec plenè radicetur, ut sese culmo suo attollere poßit, & ex una radice fruticem numerosum fundere. Ideoq; & maturè terra mandatur, ut herba stipetur, & contineatur frigore, & ante temp⁹ luxuriãs, castigatur. Dehinc perfecta radice, cælo tempestivis arridente horis, è medio fastigiatur in culmum geniculatum & concavum, ambientibus stipula tunicis, alicubi & pluribus, ob nimia frigora illi plagæ exquisita. Fatus spica est, in qua arista, id est apex gluma, ut ac⁹ tenuis, lõga eminet, & quasi cornu, & vallũ fructum eum munit. Quæ non habet aristã mutica dicitur.

Æstivũ. Gei/ yare obilj.

Culmus. Styblo.

Stipula.

Spica. Obilný Klas.

Arista. Wosyna.

Cæterum

Ceterùm cùm in aream delata discedit in aperto loco palam, palea cognominata est. Ortus autem spica hunc in modum se habet, caulis protinus in tertio genu, quorundam in quarto, gerere spicam incipit, sed nondum aliqua mole conspicuam, & quidem per totum culmum spica digeritur, ut ferè cùm culmati frumentum ceperit, mox conspici possit, sed latet in stipula, quæ tum vagina dicitur, antequam adolescat. Contentorum verò flos lanugineus est, qui mox, absolutâ vaginâ spica, quarto aut quinto die incipit, totidemq; diebus ferè perdurat, qui verò plus temporis referunt, septimo die frumentum deflorescere notant. Flori contrarij sunt venti, & pluvia, quæ propter imbecillitatem nequit sufferre, sed excutitur & decidit. Cùm defloruit crassescit, maturaturq;, & scùm plurimùm 40 dieb' perficitur. Sed nocent etiamnum venti, grana nasci probibentes, aut tenera exinanientes. Species seu generis duntaxat sativi est, & radice parcè latenterq; aliquid prosilit: solo semine nascitur, quod utrinq; germinat, parte imâ, crassáq; radicem, supernâ herbam. Atq; hoc loco ad usum accomodandum est, præceptum generale: semen optimum serendum & conjungendum in parte consimili cum materijs nascentis frumenti proprijs, cali æquinoctijs, elementis, meteoris, & reliquis id genus prædictis. Simul occurrendum vitijs contrarijs & venenis per singula elementa, ut terra humida, festinatâ satione, ne semen putrescat, quâ densum spargendum semen, quia tardè concipit: sicca verò serotinâ, ut pluvia sequantur, ne diu jacens, & non concipiens vanescat, & tùm rarum serendum, pingui præsertim arvo, quia densitate nimia necetur. πλεωά. Vagina. Flos. Granũ. Semẽtis frumẽti.

Vitia proposita frumenti natura contraria, ab ipso ortu, depravatis humi granis, sunt Aegilops, & Lolium.

Ægilops αἰγίλωψ, *cui apud Latinos à fæno festucæ nomen datum est, radicatur, aliorum huius generis modo: æstuosis, glareosisq;, marginibus: caulis sesquipalmum, binosve pedes altus, folia triticea, surrecta. Fetus, spica exigua, brevis: in ea grana hordeacea, glumis striatis, è quibus, non è spica, aristas emittit, bina aut plurimùm terna numero. Icon apud Dod: pemp: 4. lib: 3. cap. 2. In usu, nomine medelam promittit ægilopi, sinuoso oculi ulcusculo, quam incapto potius, quàm confirmato præstet.* Ægilops Oswetes pec.

Lolium est phænix, aut privatim & propriè appellatum lolium.

Phænix. Wylsch Raukol. *Phænix est lolium sylvestre, cætera similis ægilopi,* in arvis tectisq; recenter illitis, & alibi passim nascitur: Fructum fert spicam, rubro colore, & ex fusco purpurascente, & phæniceo, unde & nomen: eâdem de causa rubrum lolium vocant. In ea granum dura inclusum tunicâ: plures adnascũtur à lateribus cacuminibus culmi utrinq; alternatim disposita. Effigies apud Math: lib: 4. Diosc: cap: 39. A Plinio hordeum murinum ex eo vocatum videtur, quod à muribus in tectis nati spica derodatur.

Lolium. Raukol. *Lolium perquàm simile est phœnici, atq; adeò qui alterutrã norit, ambas noverit sed majus et robustius est loliũ.* Oritur, ut Galenus tradit, è semine frumenti corrupto, ac in deteriùs permutato, cœlo præsertim humido, & solo uliginoso, itemq; vicissim in frumentum transfiguratur. Pingitur apud Math: lib: 2. Dios: cap: 199. Et apud Dod: 4. 3. 1. Usu compertum est, in homine sursùm versus caput attolli, & aurâ noxia cerebrum opprimere, & reliquis membris torpidis, simul vertiginem tenebricosam affinem dementiæ, temulentiamq; afferre, propter quod Græci αἶραν & Latini quasi volium appellant.

Loliacei generis est & melampyrum, sed ut Theophrastus ait, res innocens, ut Galenus, longo intervallo à lolio pravitate relictum.

Duo ejus genera, cratægonon, & propriè dictũ melampyrum.

Cratægonon. *Cratægonon, quæ sit nondum in confesso est, quidam eam putant, quam recentiores alterum melampyri genus.* In parte consimili æstate provenit, radice crassiore, loco vulgari, terrestri, clivoso & devexo, umbroso & uliginoso: unicaulis, sesquicubitum longiuscula, individua ramosa: folia multifida, oblonga, deorsum reflexa, bina circa ramos hærent. Fœtus folliculus, & in eo primum flosculus rubicundus calathiculatus, deinde semen exiguum milio non dissimile. Effig: apud Dod: qui secundum genus euphrasiæ facit, pemp: 1. lib: 2. cap: 35. Semen juxta & folia siccata, non nihil acre spirant, ut venerem stimulare posse videantur, à qua & nomen. Id enim est τὸν γόνον κρατεῖν.

Melam-

Melampyrum, proximũ est cratægono, sed totũ majus, frumenti vitiũ et comes, foliis quidẽ rarioribus, fe- Melampyrum. Krawstapssenice.
tu spica, cauda vulpina simili, qua de causa alopecuros appellatur à Plinio: in ea primùm flores folsati purpurei, deinde folliculi lati. & intus semina triticea, sed minora, nigrioraq;. ut plurimùm bina. Pictura apud Dod: 4.3.7. Vaccis innocuum & pabulo gratum, ob id pluribus gentium alio nomine triticum vaccinum cognominatum est.

Ita frumenti semina depravantur, postea verò quam natum est, degenerat in avenam aut ustilaginem.

Avena propriè est frumentum imperfectum, quod ad fructus consummationem non venit. Fructus jubatâ seu comosâ effigie, in extremis veluti locustis bibedibus, binis folliculis, aristis præmunitis, divisus. Græcis βρῶμος ἀπὸ τοῦ βρώματος, ut quâ plurima veterinaria in cibus utantur, & βρόμος. à fragore & sonitu, quem seges matura vel minimo ventorum afflatu reddit.

Estq; duplex sterilis, & frugi.

Avena sterilis tota minor est, semine ferè evanido, in tuniculis ferè cassis & inanibus, arista mollìori. Eff: apud Dod. 4. 3. 5. Avena sterilis. Swetzepec.

1. *Avenaceum genus sterile sunt & ægylopes, seu festucæ geminæ*, quas Dod: tradit pemp. 4. lib: 3. cap: 3. ubi
2. capere, adeò vivaces, ut prohiberi postea vix possint.

3. *Avena frugi nascitur calamo proceriori, et crassiori:* In fætu comoso, arista, sive apex, folliculo prognatus, mordacior: semen oblongius, & acutius, albicans, & per messes admodum caducum. Pretia pro modo ubertatis diversa. Anno 1333. ab hinc 258 Ioanne Rege in Italiam profecto, Vlricus Phlugus prorex, pacato regno, pretium in 4 modios, qua mensura nobis maxima est, coros dicta, ad 9 denar: redegit: superiori anno uno taler: & 21 crucif: fuit, nunc ad 18 cruci: alibi ad 28 redacta est. Avena. Owes. Pflug

Et frumenti natura ita se habet, verùm instituto

ſtituto ordine, & genera dicantur, quæ prima duo ſunt, triticeum, & hordeum.

Triticeum, lævius & mollius eſt.

Duæ ſpecies ejus: triticum, & Zea.

Triticū. *Triticum læviſſimum eſt, à terendo ſpicis, vel ut alij volunt molis appellatum, ſed aliquando in eo vocabulo, generis quadam ſynecdoche, omne frumentum accipitur, ut apud Iureconſultum ff. de verb: oblig: Caulis ei lævior, lentior, ruptu difficilior, & excelſior: folium anguſtius, ſpica ut plurimùm mutica, aliquando ariſtis brevibus præcinctâ: palea ſuavior, ut quæ plus ſucci retineat, & mollior ſit. Grana nullo verſu ſpicantur. Ipſa ſpica connexu cacuminis, pluſculum à folijs diſcreta, in excelſum emicat.*

Genera duo, triticum propriè dictum et ſecale.

Propriè dictum ſolum diligit latum, & pingue, glareoſum, minimè uliginoſum, neq; humile, ſed apricum, & flatibus ſiccioribus expoſitum. In ſpica granum ſpiſſum, & grave, rufum (à quo colore ipſe nomen πυρὸν ſive πυῤῥὸν, apud Græcos inditum eſt tritico flaveſcenti) numeroſiſſimū, & tanta ubertate, ut uno proventu centena & quinquaginta grana faneret. Nimirum hoc dedit ſui natura hominis honori, cùm hac ejus ſortis nutricem dignitate inſignijt, ut per quod maxime vivit, ipſum fertiliſſimum eſſet. Vſu quidem certè herba nulla eſt tritico nobilior, in majeſtate hominis animantium principis, alimentóq; vitæ: eâ cauſâ Græcis & σῖτος totius Cerealium generis nomine dicitur.

Sed naturæ varietas cum alijs frugibus, & fructibus, ut pomis, pyris, peponibus, tum vel maximè tritico familiaris eſt, ut ſpeciem quidem ſervet, ſed magnâ qualitatum, aliarúmq; affectionum, pro modo cultus, ſolis, terræ, flatus, imbrium, agrorumq; differentiâ. Hinc duo rurſus antiqui fecere genera, robur, & ſiliginem.

Robur

Robur, sive robus seu rubeus apud Varronem, & Columellam, est triticum præcipuæ commendationis, cultum, cælum, solum, & reliqua alimenta convenientiora nactum. In collocatione exoticū Italiæ, & aliarum quarundā regionum, nobis ignotum. Et tamen idem & pauciores culmos fert, & minus gravidas spicas, magno argumento, non omnia omnibus à natura tribui. Granum non modò extrinsecus, sed & intus rutilat, & elaboratiore, tenuiore, gratioriq; succo adolescit. Robus. Bil.

Siligo est triticum deterius pondere, colore, etiamq; pollinis robore, & quasi proles degener prædicti robi, ut potè minus excoctum, succoq; flatulento, & crasso, sed superiori fortius, & copiosius. Effig: Math: lib 2. cap: 28. Dod: 4. 1. 15. Pretia, ut reliquorum frugum, ex ubertate proventus, varia. Vilitate annonæ, quam supra diximus, avo Iohannis Regis, emptum fuit 6 cruciatis: superiori anno 2. tal: hoc diminutum id parte dimidia. Siligo. Pssenice.

Robus non suo, id est humido & uliginoso solo, post tertiam sationem in siliginem abire dicitur, & vicissim in se transmutari, si in conveniens solum translata gravissima grana serantur.

Secale est alterum genus tritici deterrimum, Plinio & farrago: recentiores quidam falsò siliginē appellarunt. Nascitur qualicunq; solo, sed latiùs tenui, & sabuloso. In cons: par: nigritia triste: in condis: culmis gracilioribus, & tenerioribus, ternis, quinisvé internodijs: stipulâ facundâ & longâ. Granum quantùm vincitur à tritico propriè dicto, bonitate, tam propè accedit nuditate, magnitudine: pondere præcipuum, sed nigrius: longius, sed angustius. Spica ipsa per maturitatē pendula. Effig: apud Dod: 4.1.15. Pretium usitatum hac tempestate in coros, quos diximus. 1. tal: Secale. Zito.

Proxima est Zea, triticei generis, & mediæ cujusdam, & interjectæ inter triticum, & hordeum naturæ. In nostro orbe, literarum memoria, quàm usu notior. Prisci Latinorum far nuncuparēre, teste & Asclepiade, apud Galenum κατὰ τόπους, lib: 9. qui φάρος (inquit) ὃ καλοῦσι ζέαν, id est, farru quod appellant Zeam: Et alio nomine ador, adoreum, aut semen adoreū.

P Artificiosa

Artificiosæ seu factitiæ Zeæ genus duplex antiquis fuit, autorum mentione celebre, alica, & chondrus, de quibus Dod: pemp: 4. lib: 1. cap: 11.

Una autem è peculiaribus Zeis est olyra nomine, ad quam pertinere putatur oryza, nomenclaturâ patriam Indiam, unde primum videtur allata, referẽs. Theoph: oryzon, Dios: oryzam vocat, oryza. Reyße. *nos vernacule truncâ voce* Reyße. in cons: par: cœli calidi & sicci, & verni sive æstivi generis, quæ sola ortus differentiâ ab olyra Dodoneo distare putatur: Radix triticea, situs compositus è terrestri & uvido, exoticus, & septentrionales quanquam humidiores, sed alsiosos, respuit tractus: folia hordeacea, ut & culmus, qui cubitalis & sesquicubitalis est, fructus iuba similior quàm spica, arista longa, flexuosa, & rigidula, grana subrufa, acutis sive angulosis strijs in longitudinem donata. Serò maturescit, æstivis solibus multis, & circa æquinoctium demum autumnale. Plura in cacumine racemis, veluti iubis utrinq; alternatĩ divisis, coherẽt.

Hordeũ. Gerſten. *Hæc dicta sit de triticeo genere, sequitur hordeũ, id est alterũ frumenti genus horridius, unde latinis nomẽ. Antiq; duo hæc novêre frumẽti genera, siliginẽ et hordeũ, atq; adeò hordeũ quibusdam visum est* siligo spuria. Membrorum ejus situs est terrestris, autore Columella, solutus siccúsq;, & vel prævalidus & exilis. Superiorum membrorum caulis asperior, & ruptu difficilior, brevior, pluribus internodijs: Stipula latior: Spicar. longa, asperaq;, & mordaces aristæ. Granum ipsum optimum spißißimum ac ponderosißimum, & prætumidum (gracile & rugosum in vitio est) præterea candidißimum. Datur & differentia hordeo à glabritie nuditatéve grani, quando aliud leviori nascitur glumâ, & exutu facili, quale nudum vulgò vocant, aliud arctiùs granum complexâ.

In usu magna habetur cura secernendæ glumæ, ideò Græci ipsum frumentum κριθὴν vocavêre. Et ptisana πτισάνη propriè hordei granum est, tundendo decussâ glumâ, & ipsa interna medulla, à Græco πτίσσειν dicta. Plura spicantur in versus quinos, ternos, quaternos, & cùm plurimùm, ut Theophrasto, placet, senos, ut Trago, octonos, sed quò plures, eò densior & compactior

compactior spica est. Hinc Columella dividitur in Galaticum διστιχόν, id est, binorum versuum. & Cantherinum ἑξαστιχόν, id est, senis versibus. Recentiores addunt πολυστιχόν plurium ordinum. Alia differentia Hippocrati à positu spica ἀχιλλαίη κριθὴ & ἐπτόκριθος. Ἀχιλλαίη κριθὴ est magnum, & plenum spica surrecta, arugini minus obnoxium. ἐπτόκριθος incurvum, arugine infestum. Figura apud Math: lib: 2. cap. 79. & Dod: 4. 1. 16. Pretia ejus aliquando fuère duo cruciati, nunc 1. flor:

Digressos à frumento excipiunt miliacea, id est, graminea geniculata exiliora sativi generis, sine arista. Diligunt aërem tepidiorem, terram levem, & solutam, neq; vel sabulum aut arenam aspernantur. Granum mellea suavitatis, & Diocles mel frugum appellavit (unde Graecis promiscue autore Varrone μελίνη dicitur) laviore & lubrica tunica circumdatum, pusillum, & rotundum. Conditum, quo aër & venti non perveniant, siccitate sua durat ad infinitum. Praeterea frugum omnium numerosissimum: μελίνη.

Duo miliaceorum genera, milium, & panicum. Millum.

Milium peculiariter humorem aliquem, ut Proso. cœlum pluvium, aut rivos desiderat. Nascitur ferè vere, & tribus mensibus adolescit. In condissimilibus radix fibrosa, situs inter ipsum alimentum, quod diximus. Superiora membra hirsuta, triculma aut quadriculma. Folium comesa natura, Fructus juba, fimbriatóq; curvatur capillo, granum complexus, quale generatim prodiximus, dulce (unde Latinus communi nomenclatura μελίνης, milium dicitur) & pusillum. (propterea Grace κέγχρος sive κεγχρὺς, ἀπὸ τοῦ κενοῦ χρόας, vel à minutis ficuum granis seu gygartis qua κεγχραμίδες vocantur, cognominatum est,) tanta multitudine, ut ternos sextarios implere dicatur, unde milium, quasi mille granorum appellatum videri possit. Plus centum annis siccitate sua durare Theoph: autor est. Effig: apud Math: lib: 2. cap 90. Et Dodo: 4 1 23.

Panicum (Graecis ἔλυμος ἀπὸ τοῦ ἐιλεῖν, id est à coarctando, et μέλινον communi nomine) est species miliacea, Panicū. Ber. fructu panicula sive conica spica, hirsuta, palmum & sesquipalmum longa, prodensis acervatis granis. Haret cacumine languido, nutante, pauo latim penè in surculum attenuato culmo. Effig: apud Math: lib 2. Dios: cap: 91. apud Dod: 4. 1. 26.

P 2 Nunc

Nunc omnibus, quæ ſunt graminea geniculata exiliora, dictis, tranſeat animus ad arundinem, id eſt eandem plantam gramineam, craſsiorem, & firmiorem. Hebræi Canech vocant, unde Græcum & latinum Canna ſeu Cana: Græci propriè κάλαμοσ. ἀπὸ τοῦ καλῶσ ἀμᾶσθαι, *quòd bellè ſcindatur.* **Quanquam Latini aliquando hu diſcrimen ſtatuunt, ut arundo ſit propriè craſsior, ac longior, ſeraturq; præcipuè ad uſum vinearum: Canna minor arundine, & quaſi degener arundo, ſemper ferè ſua ſponte proveniens, calamus gracilis, tenuis, & tibijs ferè ac ſcripturæ aptus. Species ei miliacea. In parte conſimilis fiſsilis ubiq; eſt. In condiſſ: prima, ut cæteris, cavitas aut fungoſa medulla intus, ſupernè tenui inareſcit ligno, cortice obſcuriore. Membrorum radix gramineo ſapore (quò magis huic generi connectenda videtur) & ipſa geniculata, quâ tuſa areſacta & in farinam molita etiamnum aliquæ gentes in pane non inſvavi utuntur: ſitus ex terreſtri & aquoſo compoſiti. Superiores partes præacuta ſemper acie, caulis levi faſtigio tenuatur in cacumina: Folia à nodo orſa complexu ad medium ferè inter nodium tenues per ambitum inducunt tunicas, atq; inde veſtire deſinunt, procumbuntq;, alterno poſitu: fructus coma, milij modo ſparſa, lanoſa mollíq; cæſaria nutans, & purpuraſcens, quâ vel pro pluma caupona utuntur, vel ubi limoſiore callo induruit, commiſſuris navium ferruminant textus. Contuſa enim tenacior glutino eſt, & interjecta rimis explendis fidelior pice: Figura compoſitâ, alicubi herba, alibi ut in India arborea amplitudine: & ſi credimus, navigiorum etiam vicem præſtant ſingula internodia: ſed ſemper fruticoſá.**

Plura autem genera. Plinius XXIX. demonſtrat. Nos vulgatiora complectemur Dioſcoridis maximè judicio. Eſt igitur arundo vulgaris, aut ſaccharata.

Vulgaris rurſus inanis, & naſtos,

Arundo vulgaris. Treſt. *Inanis, & tota concava, vallatoria, aut craſsior.*

Vallatoria omnium notiſsima, tenuior, radice prolixiùs reptante, **marginum vallis, & ſcrobibus arvorum familiaris:**

arũ: rariorib. articulis, & longiorib⁹ internodijs. Renaſcitur radice vel cõbuſta & eruta Effig: apud Dod: 4. 5. 27. Neq; ipſa ſupervacua. Tegulo enim ejus domus operiunt, & ſepes faciunt, unde nomen accepit. Eadem de cauſâ Græci φραγμίτης ſepimentis idoneam παρὰ τὸ φράσσειν vocant.

Inanis arundo craßior, vallatoriæ ſimilis eſt, ſed ſpißior denſiorq; geniculis, brevibuſq; internodijs.
Radix prolixa, tuberoſa, multis geniculis.

Differentias duas facit corporis denſitas: Fiſtularem, & Donacem.

Fiſtularis vel Syringia, & ſcriptoria, minore, *& pollicem vel indicem digitum æquante craßitie, calamo toto concavo, & compactiori, quàm minima cartilagine, atq; carne: propter hoc utiliſsima fiſtulis & ſcripturæ.* Syrĩgia. Pſacý třtina.

Donax (δόναξ) craßißimus ſimul et altißimus eſt, haſtæ magnitudine, præterea fruticoſißimus. Effig: apud Math: lib: 1. Dioſco: cap. 97. Dod: 4. 5. 27. Donax. Tlustá třtina.

Suum genus naſto ſeu farcto, ut diximus, rariori Europæis, calamo ſolido, & internodijs longißimis, qui & ſcipionum vicem præbet ſenibus, & ſagittarum Orientis populis, ob id toxicus, id eſt, ſagittarius Theophraſto nominatur. Naſtus. Plné aneb ſtřelčý třtj.

Eſt & obliqua arundo, amplexiſtipes, quæ juxta terram, humicaulium modo, ſe ſpargit, non in excelſitatem naſcitur: ſuaviſsima in teneritate animalibus. A quibuſdam Elegia dicta. Arundo obliqua.

De ſaccharatis arundinetis accuratiùs dici cogit uſus magnitudo, quæ mediæ & interjectæ cujuſdam naturæ inter miliacea, & reliquas arundines ſunt. *In parte conſimili alimẽta habẽt calorẽ & humorẽ caleſtẽ ſimul & fluvialẽ tepidiorem. Hic enim materiam miniſtrando ille tepefaciendo & concoquendo prodeſt. Itaq; Indis, qui utroq; abundant, frequentißima radices ſunt mellea dulcedine, in potu parando grata, de quibus Lucanus lib: 6.* Arundo ſaccharina.

Quiq; bibũt teneræ dulces ab arundine ſuccos. Nutrimentum internũ eſt latex & ſucc⁹ pinguis, lõgè ſupra mel dulcedine. Saccharũ autem factitium eſt hic ſuccus liquatus, non modo ciborum, ſed & medicinæ deliciæ. Saccharum factitium.

Eſtq; duplex purum, aut inquinatius. Dělaný Cukr.

Saccharum finum. Saccarũ candum. Cukrkandyt.

Purum colore & svavitate longè excellentißimum, vocatur vulgò finũ. Ex eo fit Venetu & saccharum candum, vicenis tricenisve libris in pauca aquâ fontanâ, ut ne scilicet diutiùs coctum flavescat, & statim in crassum syrupum abeat, liquefactis, & in ollam, ad imum, atq; à lateribus arundinaceis bacillis cancellatim decussatimq; dispositis refertam, infusis. Ita vase bombace densa involuto & cella, aut officina calefacta condito, subjecto assere, semimense pòst eluunt pingvedinem, nondum concretum syrupum transfundentes, & repentè ollã diluentes calida. Hinc refuso sacchare eodem die, aut biduo, pellucidi candoris crystallina bacillis concrescunt gleba, duritie flammis invicta.

Saccharum inquinatius faculenta nigraq; pingvedinis sordib⁹ miscetur. Arte transit in finum, minus quidem svave, & rancida acrimoniâ. Fit autem hunc in modum. Injectum in cortinam sive abenum saccharum, in lixivio è calce viva parato, decoquitur, & albumine ovorum more solito despumatur, deinde propè limpidum colatur, ut à festucis quisquiliisve purgetur, tum de novo fervet, donec expiret lixivium. Quod si quando effervescat, butyri momentum injiciunt, nam aquâ additâ recrudescit, quod vulgò decoqui dicitur. Quis peractis, infundibula sive nolas figulinas aut aneas, pyramidali figurâ, in angusto perforatas, ad id paratas fontanâ imbuunt. Huc saccharum calens infundunt, obturato foramine, reponuntq; loco ficciore & tepidiore, donec indurescat. Quo facto ex argilla duorum triumve digitorum craßitudine crustam inducunt, & jam aridâ, per foraminulum immisso fuso, crassamentum sordidius & pingvius educunt: quod propriè syrupum, vulgo saccharum maltanum, aut melitaum, item cibale vocant: eásq; crustas & purgationem bis terve repetunt, postremò universam massam iterum fontana liquefactam, eodem, quo antea, modo in metas digerunt.

Melasse. Cukrmel. Melissa cukr.

Saccharum miscellaneum. Cassaut cukr.

Saccharum miscellaneũ est, quod mariu vĩ sensit, vel ut aliis placet, omnis sacchari spurcities. Hoc loco meminisse cõvenit saccharũ factitium non ita pridẽ, accedente varietate, & medicinarũ quoq; luxuriâ, capisse, primùmq; Actuariumlosaccharum & Rhodosaccharum & instituisse, & nominasse.

Saccharum. Samorostlý cukr.

Saccharum propriè dictum est gummi arundinis dulcis, multis avis solum & majori ex parte auditione magis quàm usu notum. Idcirco Aristoteles & Theophrastus mel vocant. Plinius lib: 12. cap. 8. planiùs, Saccaron, inquit, est mel in harundinibus collectum gummium modo, candidum, dentibus fragile, amplißimum nucis avellana magnitudine, ad medicina tantùm usum. Paulus Aegineata inter sales numerat sacchar, Salem Indum. Iam ipsum corpus arundinis, simili est dulcedine, minus lignosum. In condis; verò partibus radicatione exoticum est, & initio

solis

solis Indis, quorum nomen sacchar retinet, & Aphrica nos:ũ, itaq; etiamnum impurum in finum transmutatum insigni candore Genuam Massileamq; ex India: Venetias, Alexandria, & alijs Aphrica emporijs asportatur: postea in citeriorem Asiam, Cretam, Rhodum, Cyprum, nec non in Europam ad mediterraneum mare, Oceanisq; tractus, ut Siciliam, Hispaniam, Lusitaniam, Galloprovinciam, & alio translatum est. Hodie principatum obtinet candore & suavitate, quibus maximè decernitur, Canarium & Maderense, ab Insulis suis cognominatum, & hinc duntaxat purum, quod diximus. Saccrum Cananiense. *Est & Insula Thomæa sub ipso fermè æquatore, ubi provenit saccharum rubrum impurum, ejusdem cognominis, quod Antuerpiam & Londinum Angliæ advectum defæcatur.* Thomæum.

Neq; omittendum hoc loco calamum etiam pro stipula accipi, & pro quacunq; re tereti, ac fistulosa arundinis modo. *Sic arborum ac vitium teretes particulas, & virgas quasdam, ad serendum aptas, calamos dicimus.*

Plantæ gramineæ geniculari, similem, proximamq; naturam habent juncea, quæ enodiora & læviora sunt: internodantur quidem & ipsa, sed alio quodam modo, nodis in se farctis, & ipsis geniculis, minus propriè appellatis. *Flore constant & foliato, non ut superiora, duntaxat lanugineo.*

Junceorum duo prima genera, juncus, & liliũ.

Juncus quantùm discedit à geniculari arundinaceo genere, tantùm vincitur à lilio, radice serpente, & fibrosa. Iuncea. Kozyts/ Syts/ tc tine.

Estq; duplex, cyperus & teres.

Cyperus est juncus angulosus: alius proprius hujus nominis, alius dulcichinum.

Cyperi proprie dicti, radix forinsecus nigro colore est, interiore verò corpore exluteo albicante, suavi odore, amaro gustu, magni in medicina usus. Caulis unicus, glaber, triangularis, rarissimè quadratus, enodis, juxta terram candidus, in cacumine niger pinguisq; Iuncus. Syts.

pingvisq;. Folia triangula. Fructus juba paniculacea minuti seminis. Effig: apud Dod: 3. 1. 14.

Differentiæ Cyperi plures, sed vulgatißimæ duæ, cyperus longus & rotundus.

1. Longus. *Cyperus longus radice oblongiore, geniculata, et graminis modo serpente, caule altiori, folio majori, ab imo duntaxat, & in cacumine hærente, plura in orbem disponuntur. Effig: & apud Math: lib. 1. Dios: cap. 4.*

Papyrus. Prawy papir. *Similem ej naturam habet papyrus Ægytia, quam demonstrat Pena inter juncos & junceı.*

2. Cyperus rotũdus. *Cyperi rotundi radix pixidulæ, vasculive, aut poculi pusilli effigiẽ habet, & inde κύπειρον seu κύπειριν apparet dictam, caule & folio minori.*

Trasi Veronensium. *Dulcichinum est cyperus dulcis. In cons: par: vere germinat: radice ori grata & eduli, inde trasus sive tragus apellatâ: exotica est Italia & agri Veronensis duntaxat, autore Mathi: seritur radice.* Math: lib: 2. Dios: cap. 138. Dod: 3. 1 15.

Restat ejus junci ratio, qui gibbo, & tereti caule nascitur. Hic alius est comosô fructu, alius typha.

Comosus, est juncus propriè dictus, aut spartũ.

Juncus propriè dictus & inodorus, constat fungosa intus medulla, caule tenui, rigido, ac lento, mucronatis cuspidibus. Vsus ejus ad tegetes, juncturas & omnia vitilia maximus. Itaq; ut à loris, & funis Græci schœnum, sic à jungendo juncum Latini dixerunt. Folijs viduus est: fructu jubâ seu comâ, ut diximus, in pusillis acerosis glumis nigricante, & muscoso semine incluso: quæ paulò infrá cacumen à latere aperiente sese caule egreditur Effig: apud Mathi: lib: 4. Et Dod: 45. 29.

Rursus aliud junci genus densioribus internodijs compositum, equisetum & polygonum.

Equisetum est pilus terræ, equorum setis similis, unde Græci hippuri & Latini pariter fecére nomen, nascitur udis locis, propterea & ἔφυδρον vocatur.

Dividitur

Dividitur in equisetum privatim ita dictum, & anabasim.

Equisetum rectistipes est, minori, & breviori caule. Equisetum. Pieslicka.

Magna & hujus varietas. Namq; & simplicius quoddam genus est, circa caulem radiatim condensis & dispositis pilis, fructu iulo, floribus albidis, & herbaceis. *Estq; item duplex* 1.
magnitudine distās, minus brevioribus ac mollioribus comis: et majus densius, & asperius. 2. Vocatur à quibusdam asprella, detergendæ omnigenæ supellectili mulieribus expetitum. Matth: lib: 4. Diosc: cap. 42. Dod: l. 3. 21. *Aliud equise-* 3.
tum, & ipsis pilis nodatur, fructu destitutum: 4.
duplici specie, pilorum positu, & nodorum frequentia discretā. Mathi: & Dod: ibidem

Anabasis sive ephedra est equisetum majus & amplexistipes, de qua Plinius lib: 26. cap: 7. his verbis: Caucon, quæ & ephedra, ab alijs anabasis vocata, nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt junci geniculati, radice pallida. Dioscorides equisetum majus & anabasim conjunxit. Nam quod ait, hippurim in riguis ac scrobibus nasci, ad equisetum pertinet, quod verò addit, in sublime attolli, & vicinos arborum ramos conscendere, anabasis proprium est. Anabasis sive ephedra

Connexa equiseto æque de asparagis ratio est. Aliqui putant ab asperitate fruticis dictos, alii synecdoche generis pro specie. Est enim propriè asparagus germē oleris à satione recēs nati, cibis idoneū, & hic potiùs, quoniā σπείρω Græce sero. & σπορὰ satio dicitur, quàm quòd ex asperis virgultis legerentur, ut existimat Varro, nomen tractum est. Radix fibræ crassæ, molles, spongiosæq; multiplices: situs humidus & herbosus, maximè maritimus. Viret thyrso primùm emicante multiplici, equiseto quadantenus simili, postea tempore ipso fastigiatus in teres stringitur. Asparagus. hromowe korenj.

gitur. Fructus flosculus luteolus, & baca pusilla, pediculo ramo passim annexa.

Duæ autem differentiæ, corruda, & propriè dictus asparagus.

Corruda. *Corruda tota candidior, & horridior est, in devexu & afflatu maritimo magis montosa & colles diligit, ramis per sepes divaricatis. Baca minor nigricat ex virore. Cato in harundinetis seri jubet, concordare enim amicitiam. Dod: 5. 4. 13.*

Asparagus altilis. *Asparagus cultior & mitior est corrudâ, depressiora decliviorâq; pratensia maritima amat, folio capillamento densissimo, baculis coralli colore, speciei spontaneæ simul & sativa. Et primùm radice perennat, & reviviscit, amatq; incendi, ut arundo, itaq; arundinetis maximè convenit. Mathi. lib. 2. Diosc: cap. Dod: 5. 4. 13.*

Polygonū radice prolixiori serpit, unde Apuleio proserpinaca dicitur, caule consistit ex internodijs composito, & à frequentibus commissuris polygonon quasi multinodium dici constat.

Plinius lib. 26. cap. 12. quatuor recenset genera, marem, fœminam, oreon & sylvestre.

Polygonum. Crustas wegginat Zupor. *Polygonum mas tota æstate viret, radice rubra, loca inculta non rarò juxta rivulos, sed maximè vias tenet. Caule non attollitur à terra: Folio rutæ: fœtu flore perquàm exiguo, albo, postea semine pusillo triquetro: qui fœtus sub omnibus folijs turgescit, magna copia. Ab ea multitudine, aut certè à densitate fruticis Plinius appellari tradit calligonon. Propagatur radice, quæ pluribus annis durat restibili segete. Math: lib. 4. Diosc: cap. 4. Dod: 4. 1. 22.*

Herniaria. *Huic primo polygoni generi adscribendæ sunt, quas vulgò herniariam, à sanandis ramicibus, et polygonum incanum vocant. Dod: 4. 1. 30.*

Polygonum. 2. *Polygonum fœmina, equiseto similior est, sed tota mollior, radice alba, recticaulis, folio picea, longiusculo, angusto, ex articulis & nodis pronascente: plura circum caulem radiatim cohærent: semine vacat, fruticosa est, & in summa tricaulis, aut quadricaulis.*

Tragū. *Et clara imprimis polygonorum quarti generis est, si Clusium sequimur, tragum vel traganū Diosc.*

Radix

Radix simplex, geniculata, oblonga, per obliquum proserpens, maximè in maritimis. Ipsa brevis stipitis, arenosæ superficiei multis anfractibus immersi, individua ramosa, cacumine aculeato, cauda scorpionis modo. Inde aliqui scorpion vocant, sine folio. Fructus uva à quo & uvam marinam dici constat. Hic Iulio, & Iunio florem dat exiguum ex viridi colore inalbicantem, tum acinum rufum, dulcem, in eo semen sive vinaceum durum triangulare utrinq; acuminatum, adstringens, ori non ingratum, fuscum extrinsecus, intus album, & medullosum. Hujusmodi acini terni aut quaterni congeruntur pediculo, & plurimùm è singulis geniculis bina utrinq; uvæ porriguntur. Qui fruct⁹ aptus esui, nomen trago sive tragano dedit, siquidem Græcis τρωγᾶν edere est, unde & τραγήματα bellaria dicta sunt; cremij facie nascitur. Dioscoridis: lib. 4. cap. 46. Dod: 1. 3. 23.

Et de junco vulgari hactenus, sequitur odoratus: In condiss: partibus rosea fragantia: Radix exigua duriuscula, arida, fibrosa, & multiplex: situs exoticus, hodiéq; plurimùm habetur Nabathei, Arabici, & Aphrici. Caulis solidus & geniculatus, pedem altus. Folia squamatim exeunt oblongiora, inter se permistim diffusa. Fructus flosculi ex pallido rubentes, acerosis glumis, aut calyculis rubellis, foris, intúsq; papposis summo cauli pediculis adhærentibus, geminata serie: Hujus fructus prærogativâ Græci schenanthos, officinæ squinanthum vocāt. — Iūcus odoratus. Gytl wǒ[?]ne.

Junco odorato connexa est nardi historia. Ima radix schenanthi est, exili & arido stamine, è qua pullulant quasi cirri & capillamenta, ut in muo, spicatim conferta: de quo Gal: de antid: lib. 1 Iubet inquit Adromachus adijcere nardum Indicā, ea verò est quam spicam vocant, non quòd spica sit, radix etenim est, sed quòd spicæ formā referat. Situs exoticus Indiæ: certum quidem est legitimam plerísq; locis Aegypti. & Syriæ in Europam adferri, & quil usdam à Naardo urbe Syriaca, Euphrato contermina, dici visa est. Caule destituitur, folia è media spica erumpunt minutißima, & brevißima, condensa. — Nardus. Prawý Gspíkat nato.

Simile his spartum ut inquit, Plin: lib. 19. cap. 2. Iuncus propriè aridi soli, uno terræ dato vitio, namq; id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. Caulis è folijs successu temporis contractis sesquicubitalis textrina utilis: fatus flores lanosi, comosiq;, arundinis ritu. Effig. Dod: 6. 2. 4. — Spartū. Zeylt ae neb rakos sý.

Juncus teres comosus hactenus est, restat paniculaceus sparganium, & typha.

Q 2 Sparga-

Sparganium. Ὀσπάργαν.

Sparganium radice fibrosa, ut cætera, caule bicubitali, folio triquetro, dorso prominulo, utrinq; acuto, & manum arripientis sauciant βότομον quasi admodum scindens Theophrasti videtur. Fructus globosi, echinati, virides, duri in quibus semen cacuminis ramorum insidet. Effig: apud Mathi: lib. 4. Diosco: cap. 20.

Typha. Palicka.

Typha lævissimo caule est ut locum proverbio dederit, nodum in scirpo quærendi. Fatum cylindrea turbinataq; effigie, ad similitudinem clavæ, Typhonis sese gyrantis turbinem, aut gigantis staturam minacem signans, initióq; flosculis muscosi, dehinc panicula lanugine densa, compactâq; palmum longa, postremò in pappum evanescens, non nunquam in sequentem æstatem perdurat, & quod miremur pediculis ex ea innascentibus.

Hinc instat lirij cura, eximia floris specie præditi. παρὰ τὸ λέιου ἔιναι *pleonasmo* τοῦ ς *nomen accepit, quod aliâs blandum aut suave sonat.* Color ejus varius, folio foris striato, & ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxante, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & semine, stante in medio, langvido non nusquam collo, & non sufficiente capitis oneri. Fructus siliqua, in ea semen plerunq; nigrum.

Lirii nomen apud Græcos, in multis floribus corpore, et forma insigniori, usurpatur, ut Eust: Hesych. Suid. & Etymol. testantur, sed genera prima duo, quandoquidem aliud radice geniculata constat, aliud bulbo.

Radice geniculata & arundinacea teredini præcipuè obnoxium, acorus, & iris.

Acorus.

Acorus est planta liriacea, geniculata, gracilior & longior Iride: ταῖς κόραις *id est pupillis, sive aciei oculorum reficiendæ efficax, unde & nomen sortitus est.*

Genera duo sylvestris, & mitior.

Sylvest

Sylvestri in cons: par: color intus forisq; rufus, gustu acris quidem, sed minus amarus, Itaq; in adstringendo effectu majores Iride: consistentia densa, dura, & tundenti difficile cedens. Præterea toto corpore strictior, & minor est.

Estq; duorum generum nostras palustris, aut galanga.

Acorus palustris Kosatec žluty Bahniwý.

Acorus nostras palustris, uti jam pridem in hoc numero officinis habitus, ita propior acori naturæ, quàm iridis, propter radicis vi adstrictoriã. Math: lib: 1. Dios: cap. 2. Dodoneo pseudoiris lutea 2. 3. 5.

Galãga. Galgan.

Galanga quoq; in acoro sylvestri ponenda est, ex Galathico acoro, Arabibus (ut apparet) apellatione detorta, odore, & sapore aromatico: duplici differentiâ, minor, & major, corpore, sed non naturâ, aut in remedijs efficiâ. Math: lib: 1. Diosco:

Acorus. Průstwořec.

Acorus Theophrasti & Dioscoridis, mitior, nascitur radice candida, intenso odore & amaro sapore, vel teste Galeno, fractu facilis, celeriter carie exeditur. Ideo ut colore, sic concretione similior iridis, quàm palustris. Aliquando primum in calami locum suffectus, postea falso cœpit calamus, iuxta appellari & haberi.

Iris. Kosatec.

Iris acoro proxima est, sed ferventiore & amariore naturâ, præsertim quàm diu recens est. Nam siccata fervore & amarore superatur. Eadem vincit odore. Naturâ odorem vehementem habet, ut tractata sternutamenta moveat, magnâ cœli differentia: Et eum perquam gratũ, situm enĩ redolere in vitio est, Teredines non sicca modo, verùm & in terra celerrimè sentit. Solum diligit, neq; æstuosum nec admodum frigidum, qualia sunt montosa temperata, & rigua. Itaq; in septemtrione minus odorata est, & siccata flaccescit. Floret diversi coloris specie, ut arcus calestis, unde & nomen. Hunc enim Græci ἶριν & θαυμαντίαν vocant.

Plura genera ejus, magnitudine sed maximè floris colore distantia, & prima iris cærulea, aut candida.

Iris purpurea. Rosatec Brunát ený.

Cærulea quoq; duorum generum eſt, ſylveſtris, & domeſtica.

Jn ſylveſtrium numero, præter cæteras, habetur Xyris, folio tenuiore, rigidiore, & acutiore reliquis generibus, ſpecie figuráq; raſorij cultri, aut novaculæ, & inde nomen.

Eſtq; generatim Xyris dicta, aut ſui nominis.

Xyris

Generatim appellatæ, ſitus communis eſt, folium nigricans, & gravis odoris, præſertim ex confractu, aut attritu, ob id aliqui ſpatulam fætidam vocant. Math. lib: 4. Dioſc. cap. 22 Dod: 2. 3. 4.

Sui nominis Xyrides, Zingiberem, & Zeduariam, exoticas Indiæ, quis non intelligat? non aliter Europa uſurpante nomina illorum.

Zigiber. Zazwor.

Zingiber ſive gingiber aut gingiver, humido lubricante & purgante ſucco turgeſcit. Radix es iridis modo implexa, ſervatur recens, condita ſaccharo, quem gingiberim viridem vocant: Folium Xyridi ſimillimum.

Curcuma.

Curcuma autem ſeplaſiariæ, aut terra merita vulgo, eſt zingiber naturâ minus fervente, propter longam (ut palam eſt) temporis & locorum intercapedinem, atq; teredinem, ori ingrata, ſed vi reſerandi viſcera potiore. Succum habet croceum, quem exſe manſu remittit, & in eo præcipua differentia. Itaq; curcuma quaſi crocoma dicta eſt.

Zeduaria. Cycwar.

Zeduaria eſt altera ſpecies xyridis exotica, zingiberis facie recentioribus prodita, odoratior tamen, amariuſcula, ſed minus acris, radice tuberoſa: Antidotis efficax & inde nomen invenit, quoniam ita Arabes Antidota vocant. ſicut Bezeartica, vitam cuſtodientia.

Duo ejus genera zerumbet radice tereti, & orbiculata, inuſitatior: & propriè dicta Zeduaria, oblongiore figura, uſu vulgatior.

Nec hæc ſunt tantùm, ſed & domeſticæ cæruleæ iridi magna differentia. Dioſcoridis ævo laudatiſſima

datißima in Illyrico, proxima in Macedonia, tertium locum habuit Aphricana. Nostra ætas principatum dedit Italicæ, affectu elegantiori, candidiori, & gratiori odore. In mediterraneis, non procul Florentinis montibus, atheris & agri temperie Illyrico proximis nascitur, à quibus Florentina vocatur. Iris florentina.

Alia iris, quam officinæ gignendi casu ἴριος appellant. Eam aliqui præferunt, tanquam radice odoratiore: differentia manifesta in flore candido. Ireos. Fialowy Koren.

A lirio radice oblongiore, bulbilirio locus proximus, & tanta cognatio, ut multis & scriptorum & gentium in aliquib. speciebus superiorum sit vice: sed facilis discretio. Hæc enim plurimo mucoso & viscido manat succo, folium habet obtusius, & florem in extremitate contractiorem, minúsq; hiantem, aut reflexum.

Ejus plurima genera, summa duo, rotundilirium, aut orchis.

Rotundilirium, cuius radix formâ in speciem orbis absolutioris globatâ est, multis modis. Unum superiorum similius, acutioris folii & statim a radice: alterum latinis privatim dictum lilium.

Prius item bifariam dividitur, in Hyacinthū & Narcissum.

Hyacinthus est rotundilirium, ἀπὸ τοῦ μετ' ὑετοῦ ... ἄνθος, quod ejus flos cùm pluvijs veniat, aut propter colorem floris violaceum, ἀπὸ τοῦ ὑάλου vel ἴου, metathesi literarum υ & ι, cognominatum: Quanquam aliud præferat fabula duplex editi è puero Hyacintho, quem Apollo dilexerat, & disco imprudens interfecerat, aut ex Ajacis cruore, impatientia prælati sibi Vlyßis, necem sibiipsi consciscentis, & inde quoq; primam syllabam sine aspiratione, & per i scribendam esse, quanquam aliter usus obtinuit: Quin ex ipsis floribus manifesta esse nomina, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura A I legatur inscripta. Hyacinthus. Hyacint.

Hyacin-

Hyacinthi varietas, & genera XII.

- **Hyacinthus alius est Iridis natura**
  - Similior, folijs porraceis: flore
    - Unico, proprie dictus Hyacinthus
      - Poëticus, bulbo simplici. Differt ab iride duntaxat bulbo, folijs porraceis, & flore hianthino, seu purpureo. Dod. Iris bulbosa: 2. 2. 4.
      - Estque vel
        - Angusti folius, duorũ generũ
          - Iris bulbosa. Dodon. Ibidem.
          - Iris bulbosa Lusitanica. Ibid.
        - Latifolius. Dod. Iris bulbosa latifolia.
    - Pluribus
      - Gladiolus Dewatero o dénĕ / folio simili nomini. Matth: lib: 4. Dios. 2. 2. 12.
        - Dod. Iris tuberosa. 2 3 6. Radix eius in plures bulbos dividitur, aliquos & digitorum humanorum figurâ. Hinc error falsus Mathioli, pro hermodactylo verò tradentis: Semen triangulum, Lanceæ simile, inde aliqui lonchitin priorem Diosc. statuunt.
      - Asphodelus: Králowstě kopicko: oblongo & angusto folio, ἀπὸ τοῦ σφαγάνου ab ense. vel παρὰ τὸ σφαδάζειν, quod radice gestiat. ea. (ut inquit Plin) simulacervatis sæpe bulbis.
        - Stellata
          - Vernus, Germanicus. Dod. Hyacinthus Fuchsij. 2. 2. 18.
          - Autumnalis
            - Minor. Dod. 2. 2. 18.
            - Major Ibidem
        - Calyce lis oblõgiori-bus eâque vel
          - Sparsâ
            - Anglicus id est Anglia frequens. Dod. Hyacinthus nõ scriptus 2. 2. 17.
            - Orientalis. Ibid.
          - Comosa. Hunc Pena Discor. intelligit, utpote coma incurva, floribus purpureis plena. Dod. Hyacinthus racemosus. 2. 2. 18.
  - Dissimilior. Distat floris figurâ

Simillimus huic Hyacinthus propriè crocum dictus. Gaudet calcari, & atteri, pereundóq; melius provenit: Folij exilitate usq; in fila attenuatâ: Flore foliato, inquo stamen flavum, flammeumvé, intensi odoris, cum quadam acrimonia, ut facies oculósq; mordeat, pessimum quod situm redolet: praeterea carnosum, nitidumq; est, & optimum quod pingvissimum, & brevibus capillis: Quin imò κρόκη Graece filum vilúsve & trama vocitatur. Carpis aut sub mammis admotum illitúmve corpori, in cor & cerebrum quàm celerrimè penetrat, vertigine quadam, & oculorum caligine subeunte. Crocum. Saffran.

Crocus est aut
- Sylvestris, folijs utrinq; lineis albis sulcatis, & hac à sativo differētia
  - Genuinus montanus: autumno simul & verè nascitur, locis algidis, ubi perpetua nix, flore minus candido, interdum purpureo. Genera plurima Dod: 2. 2. 15. Item 2. 2. 16.
  - Pratensis vulgaris Hermodactylus, quasi Hermi seu Mercurij digitus à virium efficacia. Dicitur & Ephemerū. Estq; duplex
    - 1 Colchicum, sive strangulatorium Ephemerum, unâ die suffocatu enecans, Colchide plurimum, & inde nomina. Dod. 3. 4. 34.
    - 2 Innoxiū
      - 1 Diosco: Iridifolium, & lirifolium. Hermod. officinar: Tralliani & Pauli: Catharticum. Dod: 3. 4. 34.
      - 2 Acathharticū
        - Album & rubrum: Nicolai Actuarij & Arabum: Ben quasi Balan° dictum: cordi veneriq; amicum.
        - Ornithogalō
          - Album eximiofloris candore, qualis in gallinarū alis, aut ovis renidet, à quo & nomē. Dod: 2. 2. 10. figur: 1
          - Luteum prioris simillimum. Dod: Bulbus sylvestris. 2. 2. 20.
- Sativus seu domesticus.


Narcissus. Podzymni kwit.

Et hyacynthi quidem hi sunt, succedit illis Narcissus, id est rotundilirium, congener Hyacintho, in usu vel solo odore, caput gravans, nervisq; inimicus. Itaq; ἀπὸ τῆς νάρκης, id est, à torpore, & veterno soporiferáq; & epispastica vi Narcissus dictus, non à fabuloso puero, ut & Plinius. Eust. & Plutarchus symp: 3. interpretantur.

Narcissi distributio prima sit à floribus, in latiflorum, & bulbum esculentum.

Latiflorus est Hyacinthus propriè dictus, aut crocus.

Propriè dicti plurima genera, nō modò ab ātiquis tradita, verùm etiā ea, quæ postea invenerat vita.



Verùm

Verùm Narcisso floris latifolij maximè bulbus esculentus comoso fœtu, convenit: proprie dictus, & cepacei generis.

Bulbus esculentus proprie, ut antiquis notissimus, ideoq; Dioscoridi vix nominatus, ita nostro avo obscurus, desveto usu internecione memoria inducta. Videtur tamen fuisse cepe, aut pancratio simillimus, in plura genera divisus. Diosc. lib: 2. cap: 165. Bulbi esculenti. Woymeyt.

Cepaceorum differentia prima à nobilitate qualitatum & virium. Ignobiliora enim sunt porrum & cepe.

Porrum, Latinis à callosa concretione porri capitis, prasium Græcis, à colore cognominatum, est minus cepe, & quasi interius duntaxat capitulum, demtis tunicarum involucris, cor vocatum. Diosc. 2. 143. Dod. 5. 3. 17.

Cepa maximè in caput id est radicem, cui similitudo, & inde herba toti nomen capitis, crescit, non minus usu quam specie eximia.

Estq; propriè dicta, aut squamosa seu squalida.

Proprie dicta, odorē atq; adeo vaporem acutum, & lacrymosum habet: Ob id Græci κρόμμιον, quòd oculorum tunicam pupillamvé lancinet, & contrahat, appellant. Cepa. Cybule.

Cepa squamosa, maritima & arida diligit, præter cæteras mutilatis, & quasi præfectis radicis tunicis, squamarū modo. Scilla. Morstá Cybule.

Genera scilla, & pancratium.

Scilla à squalore haud dubie dicitur, seu loci, sive radicis bulb', sive testacei piscis marini squilla nomine. Math: lib. 2. Diosc: cap. 167. Dod 5. 3. 20.

Pancratij summa natura in nomine est, appellato, quoniam contra omnia mala valere putetur, radice bulci scilla simile, sed majus, colore rufo. Diosc: lib. 2. cap 168. Dod. 5. 3. 21.

Nobilior natura est è cepaceorum genere allio, & moly.

Allio enim tædium quoq; halitu, ut prioribus, Allium. Cjesnek.

Sylvestre. Polnj

verùm vehementius, & sapor asper. Radix ejus Hippocrati, Galeni interpretatione, aliisq; Græcis, μωλυζα dicitur, contra veneficia antiquitùs celebris. Diosc: lib. 2. cap. 146.

Estq; Iuncifolium aut latifolium.

Iuncifolium, angustius folio, sylvestre aut sativum.

Sativum. Zahradnj.

Sylvestre, bulbo continuo, alijs interdum minoribus adnascentibus, radicatur. Aridis & pratis nascitur. Dod. 5. 3. 13.

Sativum, bulbo discreto pluribus nulceis, & bis, ut cætera, & separatim & universim tenuißimis membranis, foris diluto purpuræ colore, vestitis: è quibus medijs subtus pratenues fibræ in terram descendunt, cibis expetitum, & inde ab alliciendo dictum. Math: lib. 2. Diosc: cap. 146. Dod: 5. 3. 12.

Allium ursinum. Moly.

Allium latifolium, sive ursinum, Hippocraticū moly, inter sylvestria ponitur, folijs latis, binis ternisve. Dod: 5. 3. 13.


Sed laudatißima herbarum est Homero, quam à Dijs inventam & vocatam putat moly. Ea haud dubie congener fuit allio, contra summa veneficia demonstrata: & nomen pluribus morbis remedia promittit, παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους *ab amoliēdis morbis deductum. Cujusmodi triplex pingit Dodoneus 5. 3. 14. Secuto ævo plures natura aut usu insigniores, ut ruta harmala sive sylvestris &c. eo nomine dici cæptæ sunt.*

Lilium. Lilium.

De rotundilirio ab radice foliato satis sit dictum, subjacet ei lilium propriè appellatum, bulbo nucleolis squamatis, folio breviore, & à caule duntaxat exeunte, flore præcipuum, & universa Solomonis Regis gloria cœlitùs prælatum, cujus propter divinum odorem λίριον quasi λίαν ῥέων vocatum est, & fabula comitata, ex ubere Iunonis lacte effuso, in æthere galaxiam seu lacteam viam, in tellure lilium natum.

Lilij

Lilij genera.



Reliqua est tulipæ sive lilionarcissi historia, id est, rotundilirij è plurium, ut hyacynthi, vel narcissi & lilij, naturâ compositi: Flore turci copileo tulipa dicto simili, & inde nomen. Tulipan. Turecke Lilium.

Genera floris colore innumera, ut leuconarcissolirion (Dodoneo leucoion bulbosum 2. 2. 26.) *Et reliqua non minus nominibus quàm situ peregrina, & exotica, sive simplici colore* (*Dod.* 2. 2. 27.) *seu variegato, ut fritillaria, seu meleagris Dod:* 2. 2. 28.

R 3 *Et hactenus*

Orchis.
Ꝍſtawác.

Et hactenus rotundilirium, orchis ſeu teſticulus ſequitur, id eſt lirium radicis bulbo in morem teſtis extuberante: quem & pubis inſtar ſuperne pratenues veſtiunt fibræ. Concitatricem vim habet. Inde & ſatyrion vocitatum eſt, metaphorâ à ſatyris ſeu faunis, laſcivis animalibus ſumptá.

Genera ejus etſi radicis, loci, foliorum, & florum differentiâ variâ quidem, ſed anguſtâ, non adeò manifeſta ſunt: tamen quæ Lobelius, autore Cornelio Gemma, comprehendit, ſubdemus.

Orcheos diſtributio, genera XLII.

- *Satyria vel ſatyriſci generali vocabulo (Dod. 2. 2. 30.)*
  - *Legitima Dioſc. & Plinij, nobis minus nota, ſimplici bulbo. poſſunt hæ Monorchides appellari*
    - *Prius Dioſcoridi: Ad hoc genus propè accedit Hyacinthus orientalis. (Dod. Cynonorchis prior).*
    - *Poſterius Erythronium. Ad hoc proximè genera Tulipanna vel potius dentis canini. (Dod. Cynoſorbis tertius.)*
  - *Orchides duorum ordinum aut plurium. vide ♄*
  - *Abortus Satyriorum, qui cum teſtibus careant, reliqua tamen parte Satyrium referunt.*
    - *Abortium diphyllum. Dod. Ibid.*
    - *Elleborina paluſtris. Dod: 3. 2. 28.*
    - *Hypociſtis. Dod. 2. 11. 29.*



Digeſtio graminis rotundifolij, & leguminis, cap: V.

Et graminei generis acutifolij, quidem omnis ferè hiſtoria peracta eſt, ſequitur rotundifolium, radice ſingulari, folio nervaceo, plano, circinnato, pediculo annexo. Similis in fructu ſuperiori contrarietas. Vt enim illud ſpicatur ariſtis, aut vaſculis rotundatur, ita hoc gravidatur ſiliquis & vaginulis.

Quod ſilveſtre eſt, æque ac acutifolium gramē nuſquam non naſcitur, herbidos ceſpites prætergrediendo.

Legumen autē proprie appellāt graminei hujus, et rotūdifolij generis frugem, nominatā quod in terram ſpargitur, manu uncóve avellendū, de quo Varro lib: 1 cap. 32. hæc tradit: Legumina alij, quidam legaria apellant, utraq; dicta à legendo, quòd ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur. Græci eadem origine χεδροπόν *quaſi* χεροδρόπον, *itémq; à ſerēdo* ὄσπριον, *quaſi* σπορίον *literarum metatheſi vocant. Antiquitùs, memorante Galeno, omne ferè legumen* κύαμον *fabam, id eſt, prægnans & ferax* παρὰ τὸ κύω *nominabant, ut potè frumēto fecundius, quodq; minore tempore, & labore, ſed proventu majore conſtet.* Legumen.

Genera prima, ſitu foliorum diviſa ſunt, trifolium, & πτερυγώδης *ſive alatum.*

Trifoliū eſt gramen rotundifoliū, cuius terna folia ſingulis pediculis cohærent. Aliud communi nomine appellatum, aliud privatim lotus. Trifolium. Divid.

Communis nominis pratenſe, aut lagopus,

Pratenſe acutifolio gramini proventu ſimillimum, paſſim pratis naſcitur, eſtq; paniculaceum ſeu ſpicatum, aut medica.

Panicu-

Paniculaceum vulgare & bituminosum.

Pratēſe. *Trifolium pratenſe vulgare, omnibus locis naſcitur juxta & reliquum gramen. Folia contra tempeſtatem ſurrigit, & inhorreſcit. Floris colore dividitur in candidum & purpureum. Math: lib. 3. Dioſc. cap. 106. Dod. 4. 4. 7.*

Aſphaltion. *Trifolium bitominoſum, aut aſphaltion Dioſcoridis, bituminis odore & naturâ: locis aſtuoſi exeuntium, folio acuto, unde oxytriphyllum Scribonio Largo dicitur. Dioſc: lib 3. cap. 106. Dod: 4 4 8.*

Medica. *Præter trifolium paniculaceum, è pratenſium genere eſt medica, e Media regionis paſcuis in Græciam & Italiam tranſlata, fructu ſiliqua orbiculata & modo cochlea intorta. Specie ſativa, & leguminis uſu. Dioſc: lib. 2. cap. 141. Dod. 4. 4. 19.*

Lagop⁹. Zagecinoba. *Inter trifolia communi nomine dicta & lagopum poſuiſſe conveniat. Naſcitur inter triticeam ſegetem. Inde aliqui lagopyron quaſi leporinum triticum vocant. Fructus ejus ſpica piloſa, leporini pedis colore, & hirſutie. Dioſc: lib. 4. cap. 17 Dod. 4. 4. 22.*

Lotorū genera. *Et de trifolio generatim appellato ſatis dictum: lotus eſt trifolium præſtantius, ſive loci quo naſcitur, ſive naturæ gratia.* παρὰ τὸ λῶ, *id eſt, volo, quaſi voluptatem afferens, aut acceptum & expetitum.*

Plura ejus genera, lotus legitima, aut cōgener.

Legitima abſolutè dicta, aut mellilotus.

Oxys pliniana. Alleluya/ a neb Zajeci Sſtowiſe. *Abſolutè dictarum una puſilla, cui oxei, & acetoſellæ, ab acumine ſaporis, nomen imponitur. Radix ejus fibroſa, ſitus opacus, è ſupernis partibus ſola folia, cordis effigie, reflexa, pedicellis oblongis & junceis innexa, flos candidus, ſtellatus ſemen luteum in thecis puſillis, oblongiuſculis. Math: lib. 3. Dioſc: cap. 106. Dod. 4. 4. 23.*

Reliqua loti genera Dioſcorides lib: 4. cap. 106. recenſet

recenſet tria ſylveſtre, urbanum (Dodoneo trifolium odoratum alterum 4. 4. 14.) & Aegyptium.

Jam melliloto mellitus odor, et color, cognomen dedit. *Coronas ex hac antiquitus factitatas conſtat, non modo voluptatis, ſed & utilitatis aſtus arcendi gratiâ.*

Mellilotus. Komonice.

Differentiæ plures ut mellilotus Jtalica, Dodoneo trifolium corniculatum alterum. 4. 4. 17. coronata, quæ ſertula campana putatur, ut pote flore coronæ, ſertive aurei perſimili, & eadem ſiliquoſa: Dod. trifolium corniculatum primum ibid. Præterea mellilotus Germanica ſeu Boëmica Dod. trifolium odoratum. 4. 4. 10.

Italica. Wlaſtá.

Germanica. Cžeſtá.

Et legitimæ loti ſunt hæ, congeneres verò trifolium fœnum dictum, aut gravis odoris.

Fænum rurſus duplex eſt, Græcũ, & Cythiſus.

Fænum Græcum à loto diſtat duntaxat ſiliqua majore, magiſq; adunca, ſtylo acutiore, ſativum ut plurimum, & è leguminis genere. *Græcis θηλὶς παρὰ τῆς θηλῆς, id eſt à papilla quòd lactu defectu ſumtum mammas replet, itémq; κάρπος appellatur. Math: lib: 2. cap: 94. Dod: 4. 2. 27.*

Fænugræcũ. Rjecké Seno.

Cythiſus fruticoſior, & major eſt. *A Cythno, vel ut alij Cythiſa Inſula, una è Cycladibus, unde primum allatus eſt, Servio autore, nomen accepit. Theocritus κυτιλόρ quaſi facundum fænum dixit, ob lactis haud dubiè abundantiam. quam facit.*

Cythiſ.

Cythiſi folio eſt & acacia altera Diſcoridis, *ſpinoſa lotus, à verbo ἀκάζω id eſt acuo, quaſi acuta dicta. Math. lib: 1. Dioſc: cap: 115. Dod 6. 1. 15.*

Acacia. Trnkowý ſtrom pů ſpolný.

Jam ex lotorum genere ſunt. graveolentia ruta & anagyris.

Rutæ plures differentiæ, ſylveſtris gravior, *& odore longè vehementiore, atq; adeò viroſo & periculoſo afflata. Dod: 1. 5. 1.*

Rauta. Rauta polný.

Et in sylvestribus minima, quæ dicitur rutula, virulentissima. Dod: 1. 5. 2.

Quæ verò hortensis est, mitiorem odorem habet, perpetuifolia, multiplicis usus: propter quam

rutæ nomen ab eruendo datum existimant. Venerem inhibet, & adimit Inde Græci πήγανον, ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι τὸ σπέρμα, à cogulanda, & siccitate nimia extinguenda genitura appellant. Math: lib. 3. Diosc: cap: 45. Dod: ibidem.

Anagyris.

Anagyris fruticosa est, & alia minus fœtens vel laburnum, alia fœtida, & gravis odore.

Nauseam à nausea quam movet vocavit Plautus & proverbium factum, ne moveatur anagyris. Math. lib. 3. Diosc: cap: 149. Dod. 6. 2. 27.

Sequitur historia rotundigraminis πτερυγώδεος, id est, alæ speciem gerentis, medio nervo, costáve & quasi spinula aut dorsulo, quæ Græcis ῥάχις dicitur, ab utroq; latere foliis hærentibus.

Estq; duplex, fragilius et lentius, vitilibus familiare.

Fragilius dividitur in fabam, & alterum genus surculosum.

Faba.
Bob.

Faba caulem habet quadratum, surrectum, ut plurimum unicum Theophrasto & Plinio autore. folium rotundum. In flore nota luctus apparet. Itaq; apud Romanos ad mortuos pertinuit, & flamini Diali, id est sacerdoti Iovis, à quo vita dari putabatur, fabam nec tangere licebat, neq; nominari. Floret diutissimè frugum, 40. diebus, particulatim: Cætero fæcunda. Plinius autor est inventum scapum 100. fabis onustum. Math: lib: 2. Dios: cap. 98. Dodonei falsa opinio, veterum fabam hodie ignorari, & nomen in bonâ seu phaselo nominando perperam usurpari. 4. 2. 1.

Faba duplex est una minor, & in ea quædam sylvestris, Dodo. 4. 2. 3. quædam sativa, ibid. cap 2. altera major cap. 1.

Phasiolus.
Faseol a neb Turecký hrách.

Phasiolus vulgaris turcicaq; multicolor faba, est faba amplexistipes, brachiis hederaceis, prolixissima, folio similiter rotundo, nec venoso, terno: smilaci similis. Qua de causa hortensem

sem smilacem vocat: Dioscorides siliquis & fructu lentis lembive effigie, unde δόλιχον & phaseolum dictum palàm est. Matth: 2. 147. Dod: 4. 2. 6.

Multa eius genera, colore distantia.

Similem his naturam habent sesamum, atq; lupinus.

Sesamum seu sesama, amara naturâ est, ex omni parte crassior reliquo genere, recticaulu, folio rubente, siliqua cylindracea, intus semine oblongo, flavescente. Figura apud Math: 2 92. Dod. 4. 2. 22. Sesamũ. Sesam.

Erysimum quoddam sesamo simile, & cognatum Theophrastus, Plinius, & Galenus in frumentis ponunt, leguminis facie, cui descriptioni maxime convenit eruditorum sententiâ vulgo frumentum Indicum seu Saracenicum appellatum. Dodoneo fagopyrum à semine triquetro. 4. 1. 32. Erysimum. Theophra. & Plinij. Fagopyrum. Pohanka.

Lupinus unus coli non vult, nascitúrq; non arato, amara & ipse ac tristi naturâ, ala quinis aut septenis pennis divisa. Propagatur semine avidissime, ut quamvis frutecteso solo, conjectus inter folia vepréisq;, ad terram tamen radice perveniat, & inde lupinus quasi vorax dicitur. Graci, θέρμος, quòd ceteris calidior sit aut potiùs quod θερμῶ, id est calida lotus seu maceratus amarorem deponat. Matth: 2. 103. Dod. 4. 2. 19 Lupinus. Rijmský a neb Střes kawčený hrách.

Reliqua sunt rotundigramina alata, surculosa. Ex his quaedam Theophrastus appellat ἐπιγειόκαυλα, quorum caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, in claviculas desinentes, foliis mediis circumdati.

Distant primum radice oblongâ, & bulbosâ.

Oblongâ rursum sunt aphaca, & pisum.

Aphace à non edendo videtur dicta vel quasi ἡ ἰσχὰς ...: tenuis admodum, cetero eadem cum piso Dod: 4. 3. 12. Aphace.

Pisum ex urbe quadam Pisa, inter Ossam et Olympum Pisum. Hrách.

lympum montes sita, allatum & dictum volunt. Semen habet luteopalo lidum, & ovi luteo concolor: ob ὠχρὸν, ut terram Ochram, & λεκυθὸν, quasi dicas ovi vitellum, Græci vocant.

Ejus vitium & quasi degener indoles quædam est, caule anguloso, folio oblongo, species spontanea simul & sativa, quanquam soliis herbarum studiosis.

Bifariam dividitur in Ochrum sylvestrem, & lathyrin.

Orchus sylvestris. Plany hrách. Ochrus sylvestris, sive Ervilia, tanquam eruenda, & abjicienda, vel potius à Græco ἐρέβινθον dicta, folium habet paulo latius lathyride, filiquam & semen minus. Dod. 4. 2. 9.

Lathyrus. Lathyrus seu cicercula Ochro sylvestri admodum similis est, sed folio angustiore, siliqua & semine anguloso, ciceri similis (unde Cicerculam latine vocant) ochro majore. Plutar. in probl. Rom. tradit Pythagoreos aversari solitos fabas, καὶ τὸν λαθύρον, καὶ τὸν ἐρέβινθον, ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους καὶ τῆς λήθης. Dod. 4. 2. 11. & 10.

Aracus. Aracus sive cicera, est lathyrus seminis colore à priori distans, quo sordet & nigrior est. Idem tradit Columella, qui nihil sapore, sed tantum colore à cicercula dissidere, eóq; ciceram vocari scribit. Dicitur à Græco ἀρὰ quod damnum & noxam, quale est lathyrus frugum, significat. Dod. 4. 2. 11.

Pisum sativum. Ipsius pisi duo magnitudine genera, minus ὦχρος propriè Dod. 4. 2. 8. & majus λέκυθον Græcis Dod. 4. 2. 8.

Tetræ glandes. Wořissek aneb zemsky woreč. Restant è rotundigramine alato surculoso et humicauli, terræ glandes, sive pseudoapios Germanorum, radice bulbo multiplici, fibris velut loris variè invicem implexis, & latè fusis, quasi trajecto: folium & claviculam & florem purpureum pisi similem habet. Dod. 4. 3. 19.

Hæc de rotundi gramine alato surculoso humistipite: πλαγιόκαυλον, quasi dicas latericaule, aut flexicaule Theophrasto est, cujus caulis in latus crescit, & surrigitur, ramosiore naturâ.

Eruum. Wlčj hrách. Estq; duorum generum eruum et lens.

Eruum Græcis ὄροβον à semine rufo haud dubiè cognomina-

cognominatum est. Veteres enim rubeum robum dicebant: Idcirco & rustici bovem robum vocabant.

Ervum sylvestre aliquibus putatur catanance Sylvestre.
Dioscoridis, herba cujus usus fuit ad amatoria tantum, & inde nomen, tanquā lege & necessaria quadā vi homines in amorem induceret. Electa dicitur ad hūc usū levissimâ simul & vanissimâ cōjectura, quoniā arescēs contraheret sese ad speciem unguium milvi exanimati Dod. 4. 2. 18.

Orobus receptus seplasiæ non admodum dissidet ab antiquitùs tradito, quanquam Dodoneus Sativum
diversum sentit. (4. 2 17.) & hunc vulgarem pro mocho, sive cicere satire describit 4. 2 13.

Cicer ervo cognatum esse indicio est cicer orobeum, ab orobo sola nigredine distans. Siliqua ej proprie rotunda & instar marsupioli tumida, ex quo apparet quasi circer dictum: semen turbinatum & acutum, arietini capitis instar. Cicer. Cyzrna.

Duorum generum est, unum sylvestre, fructu nigriore & hirsutiore, multiplex. Dod. 4. 2. 15. Alterum genus sativum Dioscoridis arietinum, seplasiæ cicer rubrum. Mat: 2. 97. Dod. 4. 2. 14.

Ervum hactenus reliqua est lentiū natura, id est πλαγιοκάυλυ *& ramosi generis, siliquâ, ut priorum, præter cicer, oblonga, & ad figuram seminis lata & compressa. Ejus generis quædam sunt sylvestria, & velut degenerantia, quæ distant ramorum & foliorum densitate. Quæ rariora sunt, differunt primùm sapore amaro, & salso.*

Amariore et lupini naturâ sunt, vicia, et onobrychis.

Vicia alia est arachus, alia propriè dicta.

Arachus, aut aracca, & cracca, ἀπὸ τῦ ἄρα, & ῥάχις, *quod spinam significat, nomen sortitur, quasi pestis perniciesq, leguminis, spinula dorsulóve pinnato alata. Estq, vicia sed sylvestrior, & se-* Arachº.

mine exquisita rotunditatis, eôq; potissimum discernitur. Mathiolo perperam aphaca. 2. 142. Dod: 4 3. 9. 10.

Vicia. Wycken.

Viciam proprie dictam à vinciendo deducit Varro, quòd proxima queq; claviculis apprehendat. Semen fert compressum, lagenulæ similitudine, eóq; distat ab aracho, & inde potiùs Græcis βικίον, & latinis vicia quasi urnula vel lagenula, quàm à vinciendo dicta credatur, quod & aracon vocabant Attici. Math: ibid. Dod: 4. 2 21.

Onobrychis à loco nomen accepit, nam circa fontes ortis traditur, quasi ἀνὼ βρύχων, id est sursum simul cum scaturiginibus erūpens. Cuius descriptioni quæ monumētis Diosc: & Plin: extat, plures herbe conveniunt, ut præter cæteras galege, & caput gallinaceum.

Galega.

Galega ripas et uliginosum solum diligit, sed tota habitior est, quàm Dios: & Plinij Onobrychis, folio glauco, & inde quasi glauca videtur dicta. Vulgò ruta capraria nomen inditur, ab effectu. quia veneris. ut ruta, efficacissima. & utilissima est. Dod: 4. 3. 16.

Caput Gallinaceū seu Onobrychis.

Caput gallinaceum simillimum est galegæ, sed minus. ideoq; propius & coniunctius Dioscoridis Onobrychi. Dod. 4. 3 17.

Anthyllis.

Jam ex horum genere anthyllidis natura est cū salsugine gigni, ut ciceris. Dicitur anthyllis, quasi floridula à lanugine, qua pubescit, aut potiùs à floris exilitate Dod. 4. 3. 22.

Reliqua lentis naturæ, ramis densioribus, folio non nihil albido rotundiore & comptiore, siliqua ut plurimum acuta & varie inflexâ, constant.

Differentia in fructu præcipua. Sunt enī quedā echinata, ut tribulus terrestris, & glycirriza

Tribul' terrestris.

Tribulus terrestris radice breviori nascitur, passim aridis locis. Ea de causa à terendo dictus, ramis viciæ, fructu triplici cuspidi vel machinulis ferreis aculeatis. quas tribolos Græci Latini murices appellant, simili, & inde quoq; nomen factum videri possit. Dod. 4. 3 28.

Glycirriza. Lekorice.

Glycirriza radicis saporem nomen indicat. Quam altam habet, quia in multa dividitur.

Estq; duplex communis, & Dioscoridis.

Commu-

Communis radice flexa & numerosa nascitur, *spicato flore juxta & siliquâ vicia simili. Math. 3. 5. Dod. 3. 1. 71.*

Glycirriza Dioscoridis radicem habet rectam, *& altam crassiorem, fatus in orbem collectos. Dod. 3. 6.*

Estq; alia sylvestris, glaux vulgaris, fænum *græcum sylvestre Tragi. Dod. 4. 3. 15.*

Alia mitior fructu hirsuto & aspero, Diosc. lib. 3. cap. 5.

Cætera dēsiore naturâ sine asperitate fætum gignūt, ut ornithopodiū, cujus siliqua avium digitos imitatur. (Dod. 4. 3. 11.) Ferrum equinum siliqua soleis equinis, aut dimidiatæ Lunæ simili. *Inde fabula nata herbam esse, quæ equorum soleas refringat. Dod. 4. 3. 14.* Ornithopodium. Ferrum equnum.

Eiq; congener, & simili amaritudine hedysarū, *svavis odoris, ut nomen induat, aliâs securidaca à siliqua & semine āguloso securis effigie appellata. Plini° & Galenus lentis vitiū esse tradūt.* Hedysarum.

Præterea siliquâ falcata aut Lunata, sena et colutea.

Sena æstiva & frigoris impatientißima est, succo muccaginoso: non seritur ante Majum, ori minus grata & non nihil amara. In condiss: partibus exotica Orientis, & Arabia, & inde petitur, à qua & nomen habet. Albasemer enim patria linguâ dicitur, in Italia minus amat nasci. In Septentrione vix trimestre vivit, herba figura. Sena. Sene.

Genera ejus duo, unum deterius et sylvestre, folio breviori & rotundiori, alterum laudatius & sativum. Seritur & adolescit infimeto ovillo, ob id ad nos allata spirillis pilulisve stercoris caprini, aut ovini referta est. Et hac quoq; ejus probatio: folium sinum dicitur, oblongius & acutius sylvestri. Math. lib. 3. Diosc. cap. 70. Dod. 3. 2. 3.

Coluteam senam sylvestrem putant, sed longè vincit magnitudine. Nomen coluteæ datum Theophrastus existimat, quòd supernis partibus mutilatis intereat. Figuram arboris habet Diosc. autore. Math. ibidem Dod. 6. 2. 26. Colutea.

Lens

Lens. Sſocowice.

Lens ipsa tota aspectu elegantior, & deformatior: siliquâ & semine sui generis, id est, rotunda, & in modum lagenulæ compressu, unde Græcis φακός, quasi ἄσκος, id est, utris literarum metathesi dicitur. Invenitur apud autores æquanimitatem fieri vescentibus ea, & ab hoc effectu quasi lentam aut lenem & moderatam latinè appellari. Dod. 4. 2. 16.

Spartum. Weyli.

Huic rotundigramini fragiliori proximam naturam habet spartum seu genista, rotundigramen alatum, flexile, & vimineum, quo Græcos ad funes usos nomini credamus, quo plantam eam appellant. Σπάρτον enim funem lorúmve denotat.

Sparti differentiæ. Genistæ rapum.

Multa ejus genera, et prima duo, spartum propriè dictum, aridius & penè sine foliis. Math: 4. 157. Dod: 6. 2. 3. aut genista, à genuum flexilitate dicta, folio minus vidua, alicubi connatâ naturâ cum rapogenista, sive hypospartio appellato, fructu spontaneo, & excrementitio. Dod. 6. 2. 1. & 2.

Genistæ spinosæ congeneres sunt, tragacantha, & ononis, itemq; acacia prima Dioscoridis.

Tragacantha. Tragant. Tragacantha gummi.

Tragacantha quasi dicas hircina spina, succum pingvem habet, & etiamnum tragacantha est radicis ejus lacryma, ut Theophrastus tradit, spontè, ut Dioscorides, succatione promanans. Præstat pellucens gracilis, lævis, syncera, & subdulcis: spinulam autem oblongam & densam habet, hirci barbæ simillimam, & inde nomen. Matth: 3. 20. Dod. 6. 1. 112.

Ononis. Hechlice.

Ononis fruticosiore natura est, radice ut cætera funis instar flexili & tenaci. Tributa & proprietas, quod in orbem folia disponuntur, trifolii quadam tenuis naturâ. Dicitur autem Ononis quasi asinaria, ad quam aselli pruriginosi libenter sese affricent, aut potiùs anonis, quasi inutilis noxiáq;, agro exhauriendo, & sistendo aratro, unde etiamnum aliqui bovis arestum vocant. Matth: 3. 8. Dod. 6. 1. 3.

Acacia Ægyptia.

Acacia prima Dioscoridis, est spina leguminosa, cujus gummi, sive lacryma Arabica dicitur: exotica est Aegypti: lentifolia, & perpetui folia. Dat & acaciam, id est, succum è fructu, immaturo quidem subrufum, maturo verò nigrum: fructus ipse siliqua est, torulis lupini effigie distincta, plurimum bigrana, aut trigana. Dod: 6 1. 13.

Hæc erit historia plantæ humilioris, & nervicaulis graminea.

De fera-

De ferulaceis, cap. VI.

Sequuntur ferulacea, nervicaule genus, in plura divisum, & sui dißimilius.

Differentia prima duplex filix, & umbelliferum genus.

Filix præcipuè diuturna & vivax quasi infelix appellata est, quòd sine fructu sit. Huiusmodi enim plantas Latinos propriè infelices vocare consvêsse suprà ostensum est. Radix ejus fibrosa, folium utrisq; lateribus pinnatum. Iccirco Græci πτέριν, quasi pinnatam appellant, παρὰ τὸ πτέρον, quod tàm plumas, quàm pinnas, seu majores ac firmiores pennas significat. Filicum genera.

Genus ejus duplex capillare, & craßius.

Capillare tenuißimum est, & capilli simile, radice exili, amat umbrosas petras, parietúmq; aspergines, ac fontium maximè specus, & saxa manantia.

Estq; adiantum, aut trichomanes.

*Adiantum aquas respuit, perfusum, mer-*súmq; sicco simile, quod miremur, cum locum humidum diligat. Inde & nomen à Græcis, διαίνεσθαι enim humectari & madefieri dicunt. Constat autem folio crenato, quod inferiori parte asperum & fuscum est. Adiantum. Zènstywlas.

Species ejus Theophrastus et Plinius duas tradunt, candidius, & nigrum breviúsq;.

Candidum, cujus caules ex albo virescunt: quo pertinet & salvia vitæ, sive ruta muraria herbariorum. Dod. 3. 5. 11. Ruta muralis.

*Adiantum nigrum, absolutè quoq; ἀδίαντον di-*citur, item καλλίτριχον, πολύτριχον καὶ ἐβενότριχον, Latinè præterea cincinnalis, terræ capillus, aut supercilium: ab Apulejo capillus veneris, capillaris, crinita. Quidam coriandrum putei vocant, à foliorum figura: ramuli nigro colore nitent. Reliqua nomina ab effectu sortitur, tingit enim capillum. Dod. 3. 5. 10.

Trichomanes est filicis genus capillare, exilius Trichomanes. Vlethe.

T modò

modo nigriúsq; : cauliculis individuis, foliis rotundis, densis inter se ex-adverso. Latinis filicula, quasi parva filix, aut capillaris. Dod: 3. 5. 12.

Alterum genus infelicis hujus plantæ crassius, item bifariam dividitur, in phyllitidem, & filicem privatim dictam.

Phyllitis quasi foliosa, est cujus supernæ partes nihil aliud admodum quam folia sunt, singulis petiolis singula hærentia, sed ita laciniata, & divisa, ut plura appareant.

Estq; alia linguæ similis, alia scolopendrium.

Linguæ similis folium habet subtus distinctum notis vermiculorum specie. Duo ejus genera hemionitis, & phyllitis propriè appellata.

Hemionitis.

Hemionitis sive mularis nascitur folio inferna parte latiore, semicirculi aut Lunæ crescentis modo. Hemionitis vocatur, quòd à mulis depascatur, vel potiùs quasi sterilis, quòd caulis & seminis expers sit.

Phyllitis. Gelený jazyk/gine nákpsaný trafik.

Phyllitis è diverso oblongo folio pleniùs linguā cervinam exprimit.

Scolopēdrion. Ceteráč.

Scolopendrion est phyllitis, folio laciniosiore in falcis modum, præterea hispido, quod cùm inaruerit contrahitur, forisq; hirsutum, scolopendræ vermis similitudinem habet. Dicitur & asplenum à liene juvando.

Proximè indicari debet filix crassior adianto, perfectior phyllitide. Cujus duo genera magnitudine distincta. Minora enim sunt, polypodium, & lonchitis.

Polypodium. Osladyč.

Polypodium radice coloris intus herbacei, subdulci, crassitudine minimi digiti, acetabulis cavernosa, ut polyporum cirri, unde & nomen, eáq; in usu. In petris nascitur, aut sub arboribus vetustis. Math: 4. 130. Dod. 3 5 3.

Lonchitis aspera.

Lonchitis à triangulo semine, cuspidi lanceolævé, mucróni, quæ Græcis λόγχις dicitur simili, cognominata est. Math: 3. 145.

Filix

Filix propriè dicta vicit magnitudine, differtq; primùm situ. Est enī alia terrestris, alia palustris.

Terrestris absolutè filix dicta, & dryopteris.

De priore, quæ terra nascitur, hæc traduntur, stercorationem omnibus plantis utilem esse præter quàm filici, eamq; fimo superjecto interire. Interit & pecore incumbente. Membris nascitur, radice nigro colore longa & obliqua. Effodi debet Virgiliis occidentibus. Usus ejus in bimatu tantùm, autore Plinio, neq; antè, neq; postea. Quod ad superiores partes attinet, si frondem agere non patiaris, biennio moritur. Id efficacissimè contingit germinantis ramis baculo decussis. Succus enim defluens necat suas radices. Filix. Kapradj.

Estq; duorum generum, mas & fæmina.

*Mas multicaulis est sine ramis. Fæmina sin*gularis, atq; non fruticosa, mollior breviorq;, cujus caulis diversicolor sectus in obliquum Aquilarum Romanarum insigne ostendit, ad radicem canaliculatus. Math: 4. 178. Dod: 3. 5. 1. Filix mas, & fæmina.

Dryopteris, quasi dicas quercifilix, aut quernafilix, est filix in quercus musco proveniens. Inde Oribasius, Medicin: Collect: lib. 11. δρυοπτέριν appellavit. Math. 4. 181. Dod. 3. 5. 4 & 5. Dryopteris

Filix palustris, quæ restat, maxima est. Fert & racemorum aut spicarum quædam quasi rudimēta, & inde filix florida appellatur. Semine tamen vacat, ut cætera sui generis. Ad hernias & ulcera, præsertim oris, magni usus, ut nomine, quo osmunda dicitur, apparet. Chymici quidam lunariam majorem vocant. Dod. 3. 5. 2. Osmunda.

Ejusdem generis sunt unifolia, & florida: lunaria minor, lunatâ laciniâ, (Math. lib. 3. Diosc. cap. 135. Dod. 15. 27.) *& ophioglossum, spicato flore, serpentis lingvam imitante.* Dod. 15. 27. Lunaria Wrat se zase. Ophioglossum. Hadj yazycek.

Filicis historiæ proximum est ferulaceum genus fæcundum, umbelliferum. Quod primùm fætu distat, quoniam aliud aureis in orbem stipatur corymbis, aliud solis seminibus.

 Corym-

Corymbiferum filici propius, & coniunctius, item duorum generum est, unum folijs paucioribus arthemisia, & absinthium.

Arthemisia odoratior, & gustu gratiore est, duplici differentia, propriè dicta, & ambrosia.

Arthemisia. Czernobeyl.

Propriè dicta nomen accepit ab Arthemisia, Mausoli, Cariæ Regis uxore, hanc sibi adoptante, vel ab Arthemide, id est Diana, quoniam privatim fœminarum malis medetur.

Plura ejus genera. Quæ vulgaris est, folio su- pernè nigricante, subtus incano, floribus albidis, semine absinthij visitur Math. 3. cap. 110. Dod. 1. 2. 12.

Ambrosia. Stozrnjčko.

Ambrosia propter eximiam fragantiam, aut diuturniorem naturam Deorum cibus fingitur, & inde epenthesi litera m quasi ἄβροτος id est immortalis & divin cognominata est. Dod. 1. 1. 14.

Absinthij vero genus ingratiori fervore, & acrimonia, conjuncta salsedine, præditum est. Genera duo, Abrotonum, & propriè dictum absinthium.

Abrotonum. Brotan / ginak Bozij drewce.

Abrotonum mollius & tenerius est. Itaq; nomen habet διὰ τὸ πρὸς ὄψιν φαίνεσθαι ἁβρὸν, καὶ ἀπαλὸν. Math. lib. 3 Diosc: cap. 25. Dod 1. 2. 1.

Absinthium. Pelynčk.

Absinthiū ipsū abrotono majus, et cōmunius est. Radice dul cium exigua quadam salsedine, superioribus partibus amarissimis. Hinc ἀπὸ μὴ ἀπτεσθαι καὶ ἀπίνεσθαι, ἀψίνθιον & ἄπινον, quoniam à pecore non attingitur, neq; ullis bibitur, dictum. Mabt. 3. 23. Dod 1 2. 2.

Dioscorides tria tradit genera, vulgare, seriphium, seu marinum, & Santonicum.

Vulgare & ponticum seu Romanum ejusdem generis sunt, quantumlibet loco dissideant. Seriphium propius est abrotono: Santonicum item minus est, minúsq; candidum. Sardonium potius apellandum fuit. Nam Alpes Galatiæ, unde cognominatum dicitur, vernaculo nomine Sardorum dicuntur, neq; Xantonum agro continentur.

Est

Est etiamnum aliud genus, cujus semen sanctū aut Santonicum appellatur, præcipuum magnitudine & amarore. Satum in nostro quoq; orbe variis locis plantam ipsam ostendit.

Sāctum semen.

Sequūtur corymbifera, quorū folij tenuitas multitudine cōpensatur, ut millefolium, & anthemis.

Millefollium aliqui vocant militarem, & Achylleam, ut quam Achylles invenisse prodatur, in bello sanandis vulneribus utilissimam Math: lib. 4. Diosc: cap. 110. Dod. 1. 4. 15. item 4. 5. 4.

Millefolium. Rzebříčeк.

Filipendula est millefollium majus, & filici similius. Germanis sylvestre millefolium. Filipendulam appellant à radice bulbacea, numerosa, filamentis contexta. Alij œnanthen, quoniā cum vino floret. Math. lib. 1. Diosc: cap. 118. Dod. 1. 3. 1.

Filipendula. Tužebnjk

Filipendula sive œnanthe, aquatica, è viviradicum genere est, & in hortos translata radix superioris ritu tuberosa evadit. Dodoneo juncus odoratus aquatilis. 4. 5. 11.

Filipendula aquatica.

Millefolj natura sunt & tanacetum (Math: lib. 3. cap. 149. Dod. 1. 2. 16.) *et flos Aphricanus, sive othonna Italorum* (Dod. 2. 3. 12.)

Tanacetum. Wrátyč. Flos Aphricanus.

Millefolio conjuncta est anthemidis historia, quasi odoratioris & absolutioris millefolij. Flos mali odorem habet, inde aliqui chamæmelum vocant: cujus aureos corymbos, bullásve per ambitum folia circumdant, alibi alba, alibi flava, aut purpurea, à quibus privatim leucanthemis, aut chrysanthemis dicitur.

Genera duo sylvestrius primum, cotula dictū, à Thusca voce cauta. Cujus item tria genera describit Dod. 2. 3. 6. *Inodorū nimirū duplex, unum albū, quod aliqui oculū bovis, seu buphtalmum appellant, alterum cotulam luteam, & fœtidum tertium: Idem est parthenium seu virginea, quod nomen quidam perperam ad matricariam referunt.*

Cotula. Rmen lesný sintr outý. Bovis oculus. Rwětec. Cotula lutea. Fœtida, seu par-

thenium. Matricaria. Kzimbaoba. Pyrethrum. Peltrám.

Eodem pertinet ipsa matricaria, gravis odore, & amara naturâ. Dod: 1. 1. 15. *Et item pyrethrum ab igneo fervore cognominatum.*

Alterum genus anthemidis sive Chamæmeli cultius, dividitur in chamæmelum vulgare. Dod. 2. 3. 15. & odoratum, 2. 3. 17.

Chamæmelum. Kmen gienak heřmáneк.

Proximè dicenda sunt ferulacea et umbellifera, semine oblongo & canaliculato pragnantia. Multa quidem succum pinguem, & gummeum, ac resinosum, fundunt, sed nulla præstantiorem, aut magnificentiorem in usu, medicamentisq;, quàm ferulacea. Solum arenosum, & æstuosum diligunt.

Differentia prima in craßitie. Tenuißima sunt fæniculum, & ferula.

Fæniculum. Wlaſký kopr.

Fæniculi species duæ, propriè dictum, aut anetū.

Fæniculum propriè dictum viridius, & sapore gratiore est, appellatum, quoniam arefactum ad usus recondatur, ut fænum. Matth. lib. 3. Diosc: cap. 67. Dod. 2. 5. 1.

Anetum. Zahradnj kopr.

Simillimum fæniculo anetum: nec minus frequens quàm facilis error, in legendo alterum pro altero capientium Sed discernitur colore obscuriùs virente, sapore ingrato, calidiore Ἄνητον quasi ἀνίκητον dictum volunt, quia cibi appetentiam excitet. Est & ἀνητεῖν Græcis congressus, & coitio, quàm stimulat, unde appellatum videri poßit. Matth. lib. 3. Diosc. cap. 58. Dod. 2. 5. 2.

Meum. Koprnjk.

Meum Græcis μέον, vel μῆον, proximum naturâ aneto est, sed undiq; craßius. Math. lib. 1. cap. 3. Dod. 2. 5. 9.

Fæniculo connexa est ferulæ historia. Odor ej gravis virosus: Radix magna, recta & alta, situs aridus inter saxa hiantia, & sole excoctus sub calo sudo & fervido: superiores partes leves & procera, sustinendis & ferendis fruticibus juxtà & hominibus ætate affecta utiles. Itaq; ut Græcis Νάρθηξ, id est, virgultum, thyrsúsve, aut bacillum, sic Latinis à ferendo ferula, nominata est.

Ferula. & ferulago.

Differentiæ multæ. Notiores ferula, & ferulago.

lago. Math. 3. 75. Dod. 2. 5. 27. *Obſcuriores, & penè incertæ ingenijs factæ reliquæ, quarum utimur duntaxat ſucco. Diſtant invicem ſine dubitatione, ut ipſi ſucci, quos remittunt.* go. Ferulæ.

Propiores & cognatiores communi ferulæ ſunt laſerpitiũ, & ſagapenifera, & galbanifera ferula.

Laſer ſeu ſilphium, officinis aſſa, ex laſere, ut apparet deflexa voce, eſt ſuccus laſerpitij. Dioſcorides commendat Cyrenaicum, tranſlucens ſeu rufum, myrrhæ æmulum, odore non ſuavi quidem, ſed intenſo, guſtu fervido, & penetrabili, ſudorem toto corpore cientè. Ad nos non aliud invehi videtur, quàm quod in Syria Armenia & Lybia naſcitur, longè infra Cyrenaicum, id quoq; adulteratum, adhuc molle, gummi ſagapenio, aut fabâ fractâ. Laſer, ſeu cyrenaicus ſuccus. Aſa.

Eſtq; duplex, aſſa dulcis, odore mitiore, ut potè, cui minus, aut nihil permixtum ſit fœtidi ſagapeni, aut alius conſimilis gummi: *& fœtida, quæ plus habet ſagapeni, lividior, & odore magis viroſo.* Aſa dulcis. Aſa. Aſa fœtida.

Sunt & noſtro orbi ſua laſerpitia ejuſdem, aut certè non adeò diverſi generis, ut latioris folij oſtrutium, & Angelica. Aſa ſmrodutá / aneb čertowo howno.

Oſtrutium quaſi ſtruthion, quidam Aſtrantiam, aut aſterition, & oſterition vocant ad laſerpitium accommodata voce, folia habet lata, ut plurimum terna. Alij imperatoriam tanquam in remedijs præcipuam appellant. Math: lib. 3. Dioſ: cap. 65. Dod. 2. 5. 24. Imperatoria. Wſſiwobu

Quam vulgo Gerardi herbam, aut podagrariã ab Iſchiadicis podagricis ſanandis appellant, eſt Imperatoriæ ſpecies ſylveſtris. Dod. ibid. Podagraria.

*Ex eodem genere ſunt ebulus, & ſambucus, à ſa*buca inſtrumenti ſimilitudine cognominatus Math. 4. 167. Dod. 3. 2. 24 Ebulus. Chebdň. Sãbucus. Bez.

Angelica

Angelica. Angelika

Angelicæ vires divini nuncij æmulæ nomen dederunt. Folia plura, quàm terna singulis petiolis disponuntur. Estq; triplex sylvestris, sativa procerior, et archangelica sive aquatica Angelica. Math. lib. 4. Diosc. cap. III. Dod. 2. 5. 24.

Spondylium. Nedwědj paznecht.

Panax. Panax.

Laserpitio nostrati latioris folij vicina sunt & spondylium, ab odoris gravitate, qualis est radice spondyli similis, appellatum, vulgo falso acanthum. Dod. 2. 5. 9. *Et panacis quædam genera,* ἀπὸ τὸ πανάκειν. *quasi omnem dolorem, morbúmve abigeret, dicti, ut panaces heracleum, vel potiùs spondylium alterum.* Dod. 2. 5. 12 *& peregrinum, quam præter cæteras legitimam panacem existimant.* Opopanax autem propriè est panacis succus. Præstat autore Dioscoride quàm amarissimus, internè albus, aut subfulvus, foris ad croci colore inclinans, levis, pinguis, friabilis, tener, statī in aqua eliquescens, gravi odore. Niger improbatur ac mollis.

Opopanax. Opopanax.

Levisticum. Libček.

Simile his odore & sapore levisticum, Germanicum laserpitium folio angustius Dod. 2. 5. 16.

Seselis. Sesel.

Itémq; sile montanum, sive seselis.

Sagapenum. gummi.

Et de laserpitio hæc, proxima est ferula sagapenifera, seu Medica. Succus ipse sagapenum concolor laseri est, purior, odore item ingrato, & quasi media natura inter laser & galbanum, ut ipsa ferula, gustu acri, porrum resipiente. Diosc. 3. 79.

Galbanum. Galbanum.

Galbanifera seu Syriaca ferula, succum galbanum nomine dat, aspectu assa, odore tamen minus tetro, & opoponaci quadantenus cognatum. Maximè laudatur (inquit Diosc.) cartilaginosum, merum, thuris effigiem prabens, pingve, minimè lignosum, retinens non nihil adjecti seminis, & ferula gravi odore, neq; valde humidum. neq; nimis aridum.

Ammoniacum. Ammonyacum.

Jam longiùs à communi ferula abesse videtur hammoniaca, sive Africa, inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, juxta quod gignitur. Ammoniacū est ejus succus alia quàm superiorū figura, odore & copia quam maxima, frustis festucísve harundi-

nacei

nacei corticis & latiusculis ferulæ seminibus conjunctis, & concretis. Genera eius Diosc: & Plinio duo: thrausma masculi thuris similitudine, quod maximè probatur: alterum pingue, & resinosum quod phryama appellant. Diosc: lib. 3. cap. 82.

Thapsia est ferula, ut Dioscoridi placuit, in Thapsia. Thapsya.
Thapso ejusdem nominis insula, una scilicet e Sporadibus, primùm inventa, urendo propè ad ignis vim perveniens: inde quoq; nomen sibi vendicare potuit: succo lacteo, & gummeo manat. Diosc. 4.151.

Et hæc de fæniculaceis: adhærent proximè umbellifera seminis feracia, quarum brevitate crassities pascitur. Eáq; duplicia daucei generis, & apiacea.

Dauceorum item duo genera. Vnum sylvestrius aromatica vi, & sapore, cuminum, alterum urbanius.

Cuminum παρὰ τὸ κύειν, *ob feracitatem, vel* ἀπὸ τοῦ χειμῶνος id est à tenebris nomen sortitum est, quòd vescentibus pallorem gignit. unde Horatius exangue, Iuvenalis pallens cognominant.

Distat primùm seminis colore cādido, et nigro.

Candidius duplex est, ammi & propriè cuminum.

Quod Græci ἄμμι *vocant, quidam Æthiopicū* Ammi.
cuminum esse existimant: Hippocrates regium Ameos.
appellat, quia videlicet efficacius in Aegypto judicavit. Semen ei exilius & candidius, quasiq; arenaceum magnitudine & colore, ut nomen ipsum indicat, origanum resipiens. Colorem quoq; utentium similiter mutat in pallorem. Diosc. lib 3. Diosc. cap. 16. Dod. 2. 5. 6.

Cuminum propriè dictum est sylvestre, aut sati- Cuminum.
vum. Math. lib. 3. Diosc. cap. 39. Dod. 2. 5. 5.

Anisum seu Anicetum est cuminum dulce, Komijn.
sic dictum, quia cibi appetentiam revocat, vel po- Anisum. Anijs.

V tius

tius ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνεύματώσεις Mat. lib. 3. Diosc. ca. 56. Dod. 2. 5. 3.

Nigella. Cžerný kmjn.

Cuminum nigrum, sive nigellam, aut gith, ex Græcis alijs melanthion, alij melaspermon vocant, aliqui & coriandrum nigrum. Math. 3. 77. Dod. 2. 5. 8.

Alterum dauceorum genus urbanius duplex est, daucus ipse, & pastinaca.

Dauci item duo genera caucalis, & propriè dictus.

Caucalis. Lesnj passtrnák / čapj hnjzdo.

Caucalidis superiores partes tota dulci lacte manant, uberiùs chærefolio, semina etiam immatura confracta lac stillant. Nomen accepit haud dubie a seminibus vascula oblonga, & semisphærica imitantibus, aut à strepitu, quem edunt præarida, ventis concussa vindemijs exactis. Math. 2. 133. Dod. 5. 5. 48

Chærefolium. Třebule / aneb Beršlik.

Simile gingidium, pro quo vulgo ostendunt chærephyllum sive chærefolium, á luxuria foliorum cognominatum. Et est ex gingidij genere. Math. lib. 2. Diosc. cap. 131. Dod. 5. 5. 9.

Daucus. Daywos tec ginák olessnjk.

Daucus simul cum naturâ apellationis caucalidis, sive cauclidis particeps, δίρκαιον quoq, Dioscoride teste, vocatus est, haud dubiè à seminis quasi furfuraceas verruculas, & aspergines ostentantis effigie. Math. 3. 69.

Subjacet pastinaca Græcis σάφυλος à radicis bryoniæ bulbo, σάφυλος item dicto, Latinis à pascenda plebe vocata.

Genera duo, tenuifolia, & latifolia.

Tenuifolia, carum, aut propriè dicta.

Carum. Laučnj kmjn.

Caron vel careum, à Caria regione, in qua laudatissimum vocitatum. radice & folio, itémq, usu aut esu, agresti pastinacæ simile est sed semine vegetius, ac odoratius. Math. lib. 3. Diosc. cap. 57.

Lesnj passtrnak.

Pastinaca teuifolia propriè dicta, duorum generum est, sylvestris Mat. 3. 52. & sativa, carota à

Carota. Mrkew.

Carvo, cujus cognata & similis est, appellata, du-

plici

plici & ipsa specie, à colore radicis. Altera námq; flavet: altera elixa frixáve, purpureum & atrum remittit succum. Math. ibidem. Dod. 5. 3. 8.

Pastinaca latifolia duorum quoq; generum est, sylvestris, veteribus, præcipuè Dioscoridi, elaphoboscum, officinis baucca, & sativa. Math. 3. 52; Dod. 5. 3. 10. Pastinaca latifolia. Pastternak.

Est pastinacæ sativæ simillimum, quòd à sionis sive laveris, quem aquatilem pastinacam fecerunt, similitudine, siser, sive sisarum appellant. Radix ei bulbosa, & oblonga, multiplex, ut asphodeli: itaq; non ab re dubitant quidam, an id intellexerit Hesiodus, cum dixit stultos non intelligere, quantum insit commodi in malva & asphodelo. Dod. 5. 3. 11. Siser sive sisarum.

Hæc est dauceorum familia: restant apiacea: quorum simpliciora, & priora sunt valeriana, & pimpinella.

Valeriana nardum redolet, permista gravitate, unde & phu sive phy, adverbio admirantis vel aversantis appellata est, sicut valeriana à virium magnitudine. Math. lib. 1. Diosc. cap. 10. Dod. 2. 1. 25. & 26. item 27. Valeriana. Kozlik.

Pimpinella hirci odorem habet, veteribus, ut inter autores convenit, indicta, nomen à folijs pinnatim pluma.inve binis ordinibus digestis invenit.

Estq; duplex minor, propriè saxifraga, & major, vera pimpinella, vulgo sangvisorba. Discrimen ostendit vulgaris sententia: Pimpinella. Bedrnik. Sangvisorba. Krwawe Kolenij.

Pimpinella pilos, saxifraga non habet ullos. Math. lib. 4. Diosc. cap. 45. Dod. 2. 2. 5. 21.

Congener pimpinellæ est & fraxinella, sive di- Fraxinella.

Tčewoat-wa.

Ramnus albus officinarum, tragium Dioscoridis. Huic quoq; hircinus odor, sive putor. Diosco. 4. 44. Dod. 3 1. 24.

Reliquum est apium, quod differt primùm odore. Est enim aliud propriè dictum, aliud fœdi odoris.

Propriè dictum, ut Latinis ab apibus, ita Græcis veriùs ab accersenda usu crebro epilepsia, quàm a palustri solo, σέλινον, quasi lunaticum nomen consecutum est.

Plura ejus genera, & prima, sylvestre, & domesticum.

Thysselium. Paludapium. Apich Báhniwý, ginák Mirjk. Petroselinum.

Sylvestre unum genuinum aliâs thyssellium quia διὰ τὸς ἑλείους θύασι. *per palustria se extendat Dod. 5. 4. 7. alterum cultius, cujus item duo gerera: vulgatius paludapium Math. 3. 64. Dod. 5. 4. 2. itemq; oreoselinum, sive petroselinum commune simul, & Macedonicum vocatum. Dod. 5. 4. 3. & 4.*

Hipposelinum. Welký Apich. Smyrnium. Smirná.

Aliud genus præstantius, cujus lacryma σμύρναν, *hoc est, myrrhā redolet, duplici specie: Hipposelinum, quasi magnum apium, quod aliqui olusatrum, sive olus atrum, à colore folij pullo, vocant. Math. 3. 64. Dod. 5. 4. 5. & propriè appellatum smyrnium. Dod. 5. 4. 6.*

Apium domesticum. Zahradnj Apich / ginák Petružel.

Apium domesticum cibis quàm medicinæ aptiùs, verum antiquorum putatur. Math. ibidem Dod. 5. 4. 1.

Cognata apio sunt odoris evitandi, exiliore & numerosiore folio, cicuta, & coriandrum.

Cicuta petroselino adeò similis est, ut legentes sæpè

sæpè fallat, pro eo capta. Appellatur synecdoche generis pro specie. Est enim propriè cicuta pars cannarum inter nodos intersecta: inde Virg. septem cõpacta cicutis Fistula. Nominata quòd velut cutem circum circa habeat, intus vacua. Alicubi & radices in cibo peculiarem gratiam habent, urináſq; validè cient: alibi tota venenata est. Sumpta tenebricosa vertigine bibentem circumagit, inde Græci κώνειον, *ἀπὸ τοῦ κωνᾶν à circumvertendo vocant. Math. lib. 4. Diosc. cap. 74. Dod. 3. 4. 35.*

Quam vulgò myrrhidem, sive myrrham propter suaveolentiam, myrrhæ similem, appellant, Myrrhis Mirrha Bylina.
haud absurdum erit odoratam sive salubrem & esculentam cicutam vocari. Figura ei & similitudo cum cicuta tanta, ut multis necis causa fuerit. Dod. 5. 4. 10.

Coriandrum quoq; nascitur cicutæ odore atq; adeo facie, & viribus, ut innuit Diosc: Nomen habet à cimicu, aut potiùs ejusdem cicutæ putore. Cimex enim κόρις *Græcis dicitur. Math. lib. 3. Diosc. cap. 62. Dod. 2. 5. 7.* Coriandrum. Koriandr.

Intubi, scabiosæ, & cardui genera, cap. VII.

Complesse poterant miraculum sui natura atq; tellus, reputantium, vel nervicaulium tantùm varietatem, totq; genera utilitatibus hominis, aut voluptatibus genita: sed quantò plura restant, quantóq; difficilliora collocatu? quæ carnosiora, & penè enervia sunt?

Primam differentiam his facit caulis magnitudo, enervirecticaulis, aut volubilis plantæ.

Recticaulis vel potius brevicaulis totidem genera, unum aspectu horridius, dentifolium, & alicubi aculeatum, alterum mitius.

Horridiori, et quasi agrestiori generi, lanugo copiosior,

piosior, radix longa, & alicubi mutila, & quasi præmorsa, folium spinosum, latum, holeraceum, multifidum, & velut erosum, fatu in cacumine cauli velut caput imponitur, & flos lanugineus, in pappum evanescens, succedente semine pusillo.

Differt primùm fætu, est enim aliud cacumine læviore, aliud echinato, muricatóve, inde acanaceum dictum.

Enerve genus brevicaule, asperum, leviore, & nudiore cacumine, rursum est intybum, aut scabiosa.

Intybus vel intybum. Cjekanka. Picris. Seris. Cichorium. Ambubeia.

Intybum Galenus ex veteribus latinogræco vocabulo intybolachanum, id est intybolus appellat. Succum habet maximam partem lacteum, corpus ipsum amarum gustu, à quo insigni amaritudinis & picris dicitur, caulem concavum, tubæ specie, & inde nomen. Dicitur & seris, quia primum agreste, postea in hortis seri cœpit. Cichorium autem & ambubeia Aegyptio accepta ferenda sunt

Intybi genera duo propriè dictus, & sonchus.

Propriè dictus, sylvestris, aut endivia.

Intybus sylvestris nomen accepit, non tàm quia sponte nascatur, quam propter insigniorem & ingratiorem amaritudinem, ac velut agrestiorem naturam: manifestâ radicis differentiâ, quæ huic sylvestri habitior, carnosa, & admodum grata est

Duo ejus genera, communis, & chondrilla.

Intybus sylvestris. Cjekanka polnj. Sativus.

Communis nominis item duplex est, sylvestris propriè, cæteris amarior, durior, exuctior, angustior, scabrior, laciniosior & minus obscure viridans Math. 2. 125. Dod. cichorium sylvestre, 5. 1. 25. & sativum. Math. ibid: Dod: cichorium latioris foliis. ibid:

Chondrilla est intybus sylvestris, in cuius caule χόνδροι, id est grumi, nodosavé concretiones, gummi similes, cujusmodi in mammis, inquibus lac coaluerit, & in duritiem concreverit, quas μαστὸς χονδριῶντας Græci vocant (quanquam non in omni specie, neq; omnibus locis) inveniuntur.

Estq;

Estq; genuina, aut dens leonis.

Quæ sint genuinæ seu legitimæ chondrillæ, non satis inter autores convenit. Ponitur tamen Chondrilla cærulea, cichorij sylvestris divisura, à qua duntaxat foliorum exilitate, cauliúmq; nitidorum elegantia, & paucioribus alijs distare videtur. Dod. Chondrilla altera 5. 1. 17. & Verrucaria chondrilla. Math. Zazintha. Dod. chondrilla prior ibid: Aliqui chondrillam alteram, Dodonei dentem leonis vulgarem, aut Monspelliensium statuunt.

Chondrilla. Rozy cecek. Chondrilla 3.

Est & alia species chondrillæ major, quàm aliqui Dioscoridis sesamoides minus faciunt, ut cui semen in capitulis ad sesamum, & phalarim proximè accedens. Dod. 5. 1. 17.

Chondrillæ cognatæ sunt et tragopogō, atq; chrysanthemum.

Tragopogon florem habet in pappum hirci barbulam imitantem, evanescentem, quare ei nomen.

Genera duo proprie tragopogon, Math. 2. 137. Dod. 2. 3. 13 & scorzonera, Vis ad omnia venenata, & contra viperas ac serpentes præcipue, unde & nomen ab Hispanis, qui viperam scurzo appellant Dod. 2. 3. 14.

Tragopogon. Kozy Brada. Scorzoneta.

Chrysanthemum à floris fulvo colore cognominatur. Differentia duplex Chrysanthemum segetum, folio multiscisso. Dod. 2. 3. 20. & Caltha poëtarum seu calendula. Singulis ferè calendis florere deprehenditur: fœtum gignit calyculatum, luminum instar, qua de causa calchan, id est hiantem & apertam, aut calthan à calatho appellant.

Chrysanthemum segetum. Calendula. Měsyček.

Chondrillæ proximus est dēs leonis, id est cichorium sylvestre, folio dentato, & profundius inciso. Math. 2. 125. Dod. 5. 1. 16. Id quod tertium ejus genus est apud Dod. Plinij hedypnois fuerit, quasi suaviter halans, aut somnum concilians, quod quidem omni intybo peculiare est.

Dens leonis. plessta. Plinij Hedypnois.

Intybi sylvestris generi adscribendus est et senecio

Senecio. Přimětné Potenj.

necio, sed qui fractus nullo lacte manet. Græcis ἠριγέρων *quasi vernum senex, Latinis senecio, à flore verno, mox in pappum hominis canis similem abeunte. Math 4.92. Dod. 5.1.19.*

Iacobea. *Jacobea sive S. Iacobi herba est senecionis species, folio densiore, & crebriore divisura. 5.1.20.*

Et de intybo sylvestri hæc, sequitur endivia. Est autem intybum cultius & urbanius, ex intubo deductum quasi intybia. Appellatur & scariola, è seride similiter depravata voce. Minus amaritudinis habet, radicem fibrosam, & penè nullam, ad hac rari usus.

Endivia. Ostirbäk. *Duo genera ejus, endivia angustifolia, et latifolia. Angustifolia lac copiosũ habet, amara est, folio adultior exasperatur dentis leonis modo, oris dentatis, & nonnullis quasi in dorsi spina aculeis, officinis jam pridem sola endivia nota, & in medicamenta recepta. Fuchsio, Math: & Dod: (5.1.23.) falso lactuca sylvestris.*

Lactuca. Salát. *Nec ex eodem genere potest dici, neq; ex alio lactuca, à lacte dicta, quod copiosius cæteris resudat, et cujus sumpta abundantiam facit. Græcis* θρίδαξ παρὰ τὸ θρῖον *à folio ficulneo lacteo. Dividitur in sylvestrem, & sativam triplicem, non capitatam, crispam, & Romanam, & capitatam, seu sessilem. Math. 2.129. Dod. 5.1.22.*

Endivia. latifolia. Zahradnj Ostirbäk. *Restat endivia latifolia, vulgo propriè endivia & scariola, gustu gratior.*

Hinc sonchi natura dicetur. Est autem intybũ propriè dicto congener, lacte copiosissimo: cui Græci παρὰ τὸ σῶον χέειν, *quoniam salubrem succum de se fundit, nomen imponunt. Semper autem spinam quantulamcunq. habet, sed alibi persusillam, aut ferè nullam.*

Sonchi duæ species, propriè dictus, & hieraceũ.

Sonch⁹. Mlec. *Propriè dictus horridior, et spinosior est. Math. 2.124. Dod. 5.1.21.*

Hieracium

Hieracium est sonchus minor, & enodior ἀπὸ τοῦ ἱέρακος *id est ab accipitre cognominatum, cujus latteo succo ad claritatem visus utitur.* Hieraceum. Gestřáblina.

Hæc sint dicta de intybo: proximus locus dandus est psoræ seu scabiosæ, in quo nomine plures plantæ dentifoliæ, sine spinoso capite, aspero & scabro habitu, accipi possunt: ut propriè nominata scabiosa, & aphyllanthes.

Scabiosa capite rotundiore, et incompactili constat, à scabritie, vel quia scabies medeatur, appellata. Math. 4. 11. Dod. 1. 5. 3. Scabiosa. Rawias.

Succisa sive morsus Diaboli est scabiosa, radice mutilata, & velut præmorsa, quod vulgo à cacodæmonibus fieri persuasum est, hominu invidia actu, quare Diaboli morsum appellant. Succisa seu morsus Diaboli. Czerckus.

Est præterea aphyllanthes appellata, quoniam florem purpureum sine folio, id est lanugineum habet, in capitulis squamatim compactis.

Multa ejus genera, ut cyanus, & Iacea nigra, aphyllanthes propriè dicta.

Cyanus vicinior est huic generi, quàm intubacco, cui à cœlesti floru colore nomen. Dod. 2. 3. 8. Cyanus. Chrpa/aeneß modráč.

Jacea nigra, propriè aphyllanthes, similiter à floris colore ianthino, seu violaceo nomen traxit. Pratorum vitium censeri potest. Dod. 1. 5. 5. & 6. Iaceá nigra.

Serratula est jaceæ nigræ species, folio latiore, alicubi non laciniato, sed crenato. Flos purpureus in squamosis capitulis, jaceæ. Dod. 1. 2. 23. Serratula. Srpek.

Jaceæ nigræ generis sunt, et craßiore radice, centaurium majus, & Rha Ponticum.

W Centau-

Centaurium majus. Zeměžluč wětčj.

Centaurium ab autore suo Chirone appellatum, item serratifoliũ est, flore purpureo, inalbicante, et semine in capitulo squamoso, saces nigra majorin. Math. 3. 6. Dod. 3. 1. 11.

Rha Ponticum.

Rhaponticum centaurio majori adeò simile est, ut idem olim falso putaretur: Stim exoticis, ut nomen indicat, à Ponti flumine, cognomine Rha Dioso. 3. 2.

Absoluto dẽtifolio genere, lævi capite, veniemus nunc ad acanaceum, id est, echinatis muricatisve cacuminibus. Ἀκχνος enim idem est quod ἄκαινα & ἄκανθα, παρὰ τῆς ἀκῆς, id est, mucrone derivata. De quo etiamnũ planius dicam⁹ Theophrasti verbis, ex histor: plantarum lib. 6. cap. 3. Spinosarum (inquit) quæ folio constant aculeato, genus (ut sic loquar) magna ex parte acanaceum est. Acanaceum (inquã) quoniã conceptus, & id cui flos inhæret, aut etiam fructus, spina vel spinaceum quicquam sit. Eodem nomine dicitur, quod quasi malum extuberat in hoc carduorum genere. Latini carduum appellant consimili origine, παρὰ τὸ κάρα id est à vertice, itemq; strobylum, quoniam capitulum structili nucleorum serie pineæ nucis effigiem habet.

Cardu⁹. Narduš aneb Bodlák.

Carduorum genus tàm latè patet, támq; consimili natura et effigie, ut ne quidem antiquis satis cognitum, nedum discretum videatur. Nos in eo sequemur brevitatem instituto modo utilem, necessaria tantùm memorantes. Sunt igitur genera duo, carduus lanuginosus, & durior.

Carduus lanuginosus et calyculatus, folio productiori, florem lanugineum mittit inter medios aculeos, alicubi celeriter evanescentem, & abeuntem cum aura.

Estq; major, aut minor. Major & latior, acanthus, aut alterum genus fruticosius.

Acanth⁹.

Acanthus unicaulis est, minoribus, sed conjunctis capitulis, vulgo branca ursina, à folio anterioribus ursi pedibus simili Dod. 5. 5 1.

Aliud genus cardui lanuginosi fruticosius, est acanthium, aut folio minori & exucciori.

Acanthium

Acanthium vel potius ἄκανθιον *quasi vegrandis spina, & vepribus infestissima, ubiq; viarum nascitur. Dod. 5. 5. 2.*

Acanthium.

Congener acanthio, sed minor, et mollior est carduus, cognomine scolymus, & chamæleon.

Scolymum Latini cynarā vocant, ut Columellæ placet, à cinere quo gaudeat, ut alijs, à cane deducta voce. Adeò tenerascit, præsertim cultu ut multis cibi delitia fit. Dod. 5. 5. 6.

Scolymus. Artyčoky.

Chamæleonti nomen à folij varietate datur. Mutat enim cum terra colores, Plinio teste, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alicubi croceus, atq; alijs coloribus. Vulgo cardopatium quasi pancratium, aut carduus varius.

Chamæleon. Pupawa.

Genera ejus duo sunt, albus, & niger.

Albus, radice alba nascitur. Quibusdam in locis gummi seu viscum gignit album circa radicem, unde & ixia appellatur. Adversatur venenis, ejusq; radice olim D. Caroli exercitum à peste servatum memoria proditum est. Quare Herbarij Carlinam appellant. Math. 3. 8 Dod. 5. 5. 8. & 9.

Albus. Pupawa Bjlá.

Chamæleon niger radice foris nigra discernitur, fastu σκιαδίῳ, sive umbella composito Dodon. 5. 5. 11.

Chamæleon niger. Pupawa černá.

Qui sint majores cardui, quorum è capite medius flos exit, contectus suo calyce, diximus: minores & unicaules sunt cnicus, & carduus stellatus.

Cnicus mordacem spinosúmq; carduum significat παρὰ τὸ κνίω. Scribitur per κ & ι. Defferentia prima sylvestris, & sativus

Cnicus. Planý ssafrán.

Sylvestris duæ species, una mitior est, simili caule, tamen rigido. Itaq; & colu antiqua mulieres utebantur ex illa quare quidam attractylida vocant. Ἄτρακτος enim fusus Græcis est. Dod. 8. 5. 16. & 17.

Atractylis. Lesnj.

Altera vulgò carduus benedictus, seu felix, hir-

Carduus benedictus.

Kardus Benedyktus. Cnicus verus. Prawý planý ſſafrán.

ſutior, toroſiore caule. Dod. 5. 5. 18.

Cnicus ſativus vulgò abſolutè cnicus dicitur, itémq; cartamus, a purgatrice vi, qua pollet. Situs ejus exoticus orientis, & inde ſemen allatum efficacius in purgando. Septentrionalibus non niſi cultus, & inquilinus eſt. Math. 4. 182. Dod. 3. 2. 5.

Calcitrapa. Spinaſolſtitialis.

Cnico conſimilis floris eſt carduus, capite ſpinoſo, ad effigiem ſtellæ: ut calcitrapa, ſive carduus ſtellatus, ſic dictus quòd paſſim proveniat, & calcibus non manibus atteratur. Dod. 5. 5. 14. Et ſpina ſeu ſtella ſolſtitialis inter ſegetes frequens, meſſorum manus, pedéſq; ſaucians. Spina infeſta, præſertim ſolſtitio exacto, quo tempore in acervos congeſtus colonis ſepes armat.

Sequuntur cardui, capite duriore, et ſine lanugine: dipſacus, & eryngium.

Dipſac⁹. Sſtětka.

*Dipſacus unicaulis ſpinoſus, folio lactucæ, iiſdē ſpinis horrido in dorſi medio, et pinati caulis genicu*la amplectente, cōcavo alarum ſinu: in quo ſemper habet aquam ſalſam, ex rore aut imbre collectam, unde quaſi ſitibundus vel potor, itémq; labrum ſeu pelvis Veneris dicitur. In cacumine capitula ſunt ſpinis echinata. Math. 3. 11. Dod. 5. 5. 16.

Eryngium. Mačka.

Eryngium cacumine tantùm ſpinoſum eſt, & fruticoſius. Græci quaſi ἐρύγκμ ſive ructum dictum exiſtimant, quòd capra eo præciſo, & deglutito, cunctum gregem pone ſequentem quaſi ſtupore attonitum ſiſtant, donec ructu rejecerint.

Et hactenus habet ſe enervicaulis planta agreſtior, & flore ſtamineo, ſeu ſpinoſa foliata: tranſeamus ad mitiores.

De ſempervivo, ſive Aizoo, cap. VIII.

Peracta enervicaulis breviſtipitis, agreſtioris, et ſtamineæ plantæ quoq; Hiſtoria eſt. Non cedit huic varietate, aut numero, alterum genus floris foliati maximam partem cæruleopurpurei, ſed tamen & fulvi, & flammei, quòd docendi gratiâ phyllanthes, aut phyllanthium dicere venia ſit.

Distributio eius prima sit in minus, & majus: minoris, cujus flos minori folio constat, iterum in spissius, et velut agrestius genus, et chrysolachanū.

Spissioris, & contractioris, differentia prima existit ab ipso corpore. Est enim aliud lævius, & plenius, coloris herbacei, aliud laxius, & quasi in rugas contractum, obscurius virens, & subnigrum.

Lævius et nitidius distat item succo aqueo, et lacteo: illud rursum crassitie, quandoquidem, aliud est semperuiuum, aliud breuioris æui, & ut ita dicamus, temporaneum.

Semperuiuum à perenni vegetóq; foliorum vi rore, tàm hyemis quàm æstatis, nomen traxit. Succus ei varij saporis, aqueus. salsus, amarus: caro copiosissima, neq; sine neruis. In condiss: partibus, radix exigua, & plerumq; sponte crescit, ubi ubi desixum, aut appensum. sessili, circinatáq; basi, folio tereti. flore ex fusco purpurascente. Semper-vivum. Netrest / ginal tuo čný muo žil.

Genera propriè dictū sēperuiuū, aut portulaca.

Propriè dictum aliud est aquatile, oblongius, flore mediolutco. quibusdam stratiotes potamios. Dod. 4. 5. 9. Milita-ris aizo-ïdes.

Aliud terestre duorum generum, illecebra, & semperuiuum majus.

Illecebra omnium minima est, neq; semper uiret, urentis facultatis, folio tereti, oblongo, instar vermiū e solo ramu pēdulo. Estq; duplex minor. Dod. Illecebra sive semperuinū tertium. 1. 5. 10 & major Dod. semperuiuū minus alterum. 1. 5. 9. Illece-bra.

Majoris item duo genera, minus semperuiuum. Math. 4. 84. & maximum, folio latiore squamatim digesto. Math. ibid. Dod. 1. 5. 8. Semper-vinum medi-um. Magnū.

Est & aloë maritimum semperuiuum, maximi simile: à salo sive mari, cujus afflatu gaudet. vel à salsedine. quam fo- Aloë. Aloe.

W 3 rinsecus

vlnsecus ferè, ut cætera maritima, continet. dicta: gravis odore. gustu amara. Aloe quoq; synecd: totius pro parte, est succus eius succatione collectus, Mense Iunio. Servatur loco sicco, nec aprico, neq; ventoso ad decennium. Et eius duo genera hepatica, & Succotrina. Hepatica vilissima est, magnâ & ipsa differentiâ. Siquidem propriè dicta optima inquit Diosc: boni odoris est, syncera, nitida, calculorum expers, rufi coloris, friabilis ad minima usq; frusta, ac iecinoris modo coacta, facilè eliquescens, eximiæ amaritudinis. Alterum genus vulgò caballinum, nigrum, & durum, arenosum quoq;, quod & gustu intelligitur, sedimentum purissimæ esse videtur. Aloe Succotrina principatum obtinet, limpida & lucida ex rubro fulvescens. Ab insula Succotera nomen habet. Math. 3. 22. Dod. 3 2. 2.

Aloe hepatica. Caballina. Succotrina.

Sempervivi propriè dicti similitudinem & naturam habet Chamæpythis odore folio, & flore pinus, & inde nomen. Latine abiga sive ajuga, & iva, corrupto nomine, propter abortus. Math: 3. 157. Dod. 1. 2. 27. & 28.

Chamæpythis. Iwa.

Proximè varietates semperviventis plantæ, quæ protulaca habet, cum salsugine nascentes. Ex his alijs radix bulbacea est, alijs oblonga.

Radicè bulbacea nascitur cotyledon, & telephium.

Cotyledon.

Cotyledo folium concavum acetabuli, aut umbilici similitudine, circinnatum, & non nihil crenatum nomen imposuit. Math. 4. 87 Dod 1. 5. 12.

Androsaces.

Androsace est cotyledon marinum, situs aquosi, & ex adnascentium conchilijs genere. Vrinas valide ciet. Quare androsacen, vel potiùs hydrosacen appellant.

Telephium, faba inversa, & crassula. Rhodia radix.

Telephium gignit florem album, purpureum, vel luteum in umbella. Estq; duorum generum, propriè appellatum, ab efficacia contra ulcera maligna. Math: 2. 181. Dod. 1. 5. 11. Et rhodia sive rosca radix, quæ

mansa

mansu aut attrita roseum odorem spirat: minori, & serrato folio. Math. 4. 41. Dod. 3. 1. 23.

Rodia radix. Rūžowy koren.

Portulacæ propriè dictæ genus, radice oblongiore, aliud est maritimum, aliud vulgatius.

Portulaca marina præter cæteras crithmum sive crithamū Diosc: refert. Math. balimus vulgatu 1. 103. Dod. 6. 2. 10.

Portulaca marina.

Kali congener est portulacæ marinæ, quod & crythimum adumbrare poßit, sed antiquis ignotum. Dos ei præcipua, succo pingui & salso manante, situs maritimus, folium rubens Dod. 1. 3. 30.

Kali sive soda.

Duo ejus genera enode, & salicornia.

Enode, caulem habet portulacæ concolorem. Folio quoq; vestitur oblongo, angusto, & denso: semen intortum simacu spiravé modo. Soda sive sal Alkali est liquor concretus è kali enodi cremato, & quod miremur, fuso. Nam per initia autumni pyram extruunt cōpositu decussatim lignu, & scrobe in profundum acta, impositoq; kali ignem subjiciunt, itaq; herba cremata liquescit, & in fundum scrobu perfluit, cogiturq; in glebam, aut saxum cinerei coloris. Alij catinum alumen vocant, alij hoc, ipsum cinerem, sal autem alkali excinere confectum intelligi volunt. Vsus ad conflandum vitrum ex Gallia Norbonensi, & Aquitania, in Italiam, & Septentrionem. Math: 2. 112.

Sal sodæ seu alkali.

Ejus quoq; duo genera kali magnum, & minus, sive blanchette, folio minus rubente quare kali album vocant.

Kali majus, & minus.

Salicornia est kali geniculatum ad vermis similitudinem, internodio extremo, quasi in folium crassum, & pingue dilatato: sine semine, ubiq; neq ecte.

Salicornia.

Portulaca cōmunis itē duplex est, sylvestris, et sativa. Distāt magnitudine, & sapore, pro ut sylvestris minor est & salsiore gustu, calefacietē li. & penè exulcerāti facultate. Math. 2. 1:7. Dod. 5. 1. 37.

Portulaca. Rutj noha.

Cepæa est hortensis portulacæ species, ut nomen docet. tenui radice, & nigriori folio. Math 3. 150.

Cepæa.

De

virescens ferè, ut cætera maritima, continet, dicta: gravis odore, gustu amara. Aloë quoq; synecd: totius pro parte, est succus cum succatione collectus, Mense Iunio. Servatur loco sicco, nec aprico, neq; ventoso ad decennium. Et eius duo genera hepatica, & Succotrina. Hepatica vilissima est, magnâ & ipsa differentiâ. Siquidem propriè dicta optima inquit Diosc: boni odoris est. syncera, nitida, calculorum expers, rufi coloris, friabilis ad minima usq; frusta, ac iecinoris modo coacta, facilè eliquescens, eximia amaritudinis. Alterum genus vulgò caballinum, nigrum, & durum, arenosum quoq;, quod & gustu intelligitur, sedimentum purissima esse videtur. Aloë Succotrina principatum obtinet, limpida & lucida ex rubro fulvescens. Ab insula Succotora nomen habet. Math. 3. 22. Dod. 3. 2. 2.

Aloe hepatica. Caballina. Succotrina.

Sempervivi propriè dicti similitudinem & naturam habet Chamæpythis odore folio, & flore pinus, & inde nomen. Latine abiga sive ajuga, & iva, corrupto nomine, propter abortus. Math. 3. 157. Dod. 1. 2. 27. & 28.

Chamæpythis. Iva.

Proximè varietates semperviventis plantæ, quæ protulaca habet, cum salsugine nascentes. Ex his alijs radix bulbacea est, alijs oblonga.

Radicè bulbacea nascitur cotyledon, & telephium.

Cotyledo folium concavum acetabuli, aut umbilici similitudine, circinnatum, & non nihil crenatum nomen imposuit. Math. 4. 87 Dod 1. 5. 12.

Cotyledon.

Androsace est cotyledon marinum, situs aquosi, & ex adnascentium conchilijs genere. Urinas valide ciet. Quare androsacen, vel potiùs hydrosacen appellant.

Androsaces.

Telephium gignit florem album, purpureum, vel luteum in umbella. Estq; duorum generum, propriè appellatum, ab efficacia contra ulcera maligna. Math: 2. 181. Dod. 1. 5. 11. Et rhodia sive rosea radix, quæ

Telephium, faba inversa, & crassula. Rhodia radix.

mansa

mansu aut attrita roseum odorem spirat: minori, & serrato folio. Math. 4. 41. Dod. 3. 1. 23.

Rodia radix. Růžowý kořen.

Portulacæ propriè dictæ genus, radice oblongiore, aliud est maritimum, aliud vulgatius.

Portulaca marina præter cæteras crithmum sive crithamũ Diosc: refert. Math. halimus vulgaris 1. 103. Dod. 6. 2. 10.

Portulaca marina.

Kali congener est portulacæ marinæ, quod & crythmum adumbrare poßit, sed antiquis ignotum. Dos ei præcipua, succo pingui & salso manante, situs maritimus, folium rubens Dod. 1. 3 30.

Kali sive soda.

Duo ejus genera enode, & salicornia.

Enode, caulem habet portulacæ concolorem. Folio quoq; vestitur oblongo, angusto, & denso: semen intortum cimacii spiravè modo. Soda sive sal Alkali est liquor concretus è kali enode cremato, & quod miremur, fuso. Nam per initia autumni pyram extruunt cõpositu densissatim lignu, & scrobe in profundum acta, impositóq; kali ignem subjiciunt. itaq; herba cremata liquescit, & in fundum scrobis perfluit, cogitúrq; in glebam, aut saxum cinerei coloris. Alij catinum alumen vocant, alij hoc, ipsum cinerem, sal autem alkali excernere confectum intelligi volunt. Usus ad conflandum vitrum ex Gallia Norbonensi, & Aquitania, in Italiam, & Septentrionem. Math: 2. 112.

Sal sodæ seu alkali.

Ejus quoq; duo genera kali magnum, & minus, sive blanchette, folio minus rubente quare kali album vocant.

Kali majus, & minus.

Salicornia est kali geniculatum ad vermis similitudinem, internodio extremo, quasi in folium crassum, & pingue dilatato: sine semine, ubiq; neq; etia.

Salicornia.

Portulaca cõmunis itẽ duplex est, sylvestris, et sativa. Distãt magnitudine, & sapore, pro ut sylvestris minor est & salsiore gustu, calefaciẽdi & venè exulcerãdi facultate. Math. 2. 177 Dod. 5. 1. 37.

Portulaca. Kurzí noha.

Cepæa est hortensis portulacæ species, ut nomen docet. tenui radice, & nigriori folio. Math 3. 150.

Cepæa.

De

De Hyperico, & lini genera, cap. IX.

Hactenus sempervivum: minùs diuturnum enerve & brevicaule, floris foliati, spißius & herbaceum aquisuccum genus, est hypericum, & linum.

Hypericum. Zwonček čerweny / ginak S. Jana byljina.

Hypericum nomine excessum aut præcipuam aliquam gratiam, ostendit. Genera duo, unum, cujus folia obversa soli innumera foramina ostentant, quare & perforata, & millefora nomen: flos ex attritu cruentum succum remittit, semen resinam redolet, ob id quidam chamapythin vocant: alterum centaurium minus.

Cruenti rursus genera tria, vulgatißimum propriè dictum hypericum, Math. 3. 153. Dod. 1. 3. 24. Et ascyron huic simile. Math. 3. 154. Dod. 1. 3. 26. Et androsamum, excellentius, seu magnum dictum. quod non modo flore, sed & folio ex affricatu coccioneo cruore manus tingit. Math: 3. 155. Dod. 1. 3. 27.

Centaurium minus. Zeměžluč menssj.

Centauriū minus distat ab hyperico flore rubeo, & insigni amaritudine, inde fel terra vocatum. Math: 3. 5. Dod. 3. 1 11.

Et quoniā de hyperico diximus, connectenda est & lini ratio, cui Græci nomen παρὰ τὸ λεῖον, id est, à levitate, quoniam in recta filamenta divellatur, & ipsa λίνα dicta, & contusum in mollissimam lanam coëatur.

Estq; propriè dictum linum, aut congener.

Linum. Len.

Propriè dictum facillime gignitur, loco sabuloso, quem magis quoq; urit & deteriorem facit: sylvestre & sativum. Math. 2. 96. Dod. 4. 2. 24.

Polygala.

Congener & consimili figura est polygala recentiorum quæ pota lactis abundantiam facit. Dod. flos ambarvalis. 2. 3. 10. Et antirrhinum, à nare vituli appellatum, vulgò caput canis & caput vituli, ut potè cuius seminis involucrum caput, vultum, nares, oculos, adeoq; hiatum oris vituli affabrè exprimat, aut calvaria vituli simiave formam habeat.

Antirrhinum. Hledjk.

Genera duo, antirrhinum propriè appellatum.

Math.

Math. 4. 128. Dod. 2. 1. 24. *Et linaria ſive oſyris, id eſt,* urinaria, ab effectu vocata ὀρὸς enim ἢ ὄῤῥος & οὖρος urina & συζῶ trabo Græcis eſt. Math. 4. 138. Dod. 2. 1. 26. Hledjk. Linaria. Len Matky Božj.

De tithymalo, cap. X.

Jngenere plantæ enervis & brevicaulis herbaceæ ſequitur ut dicamus de tithymalo, ſeu lactaria, quæ ſuccum lacteum habet, (ut nomen docet,) Tithymalus enim vel potiùs titheimalus mammam ſive pamillam exitioſam viroſámve ſignificat: folium pini. Itaq; ex eo numero una pythiuſa, & à Nicolao Myrepſo de Ant: lib. 1. cap. 30. & 130 chamæpythis dicitur. Math. 4. 158. Dod. 3. 2. 12. & conſequentibus capitibus ad 20. Kolowratec / aneb chwogka. Wlčj Mléko.



De plantagine, & congeneribus nervoſis plantis, cap. XI.

Obſcuriùs virentia dehinc & ſubatro colore, primáq; nervoſa, mox ἀπόνευρα.

Nervoſa ſeu coſtacea, quorum folium medijs quaſi nervis aut coſtis incingitur, magna enervicaulium acutifoliorum ſimilitudine. *Differentia prima à nervis rectis, & transverſis.*

Rectinervia, quorum nervus in longum porrigitur, rursum fœtu distinguuntur spicato, & calyculato.

Nervifolia spicata plantago est, cui humi stratæ plãta seu planities nomẽ dedit. Græcis ἀρνόγλωσσον, quasi agnina lingua.

Distat magnitudine. Minor item holaustium est, aut propria hujus nominis.

Holaustium tota tenella, & graminea sit oportet, κατ' ἀντίφρασιν apellata tota ossea, quasi nihil duri ossisq; haberet.

Species ejus minimæ serpentina, & cauda muris.

Serpentina.

Serpentina (viperis adversa) seu coronopus sylvestris est holaustij species gustu plantaginis, radica lignosa, folio gramineo, phlogis seu vetonica caryophyllca. Math. 3. 122. Dod. 1. 4 24.

Cauda muris.

Cauda muris est serpentina, semine mucronato murina caudu specie, & inde μυόσουρος. Dod. 1. 4. 27.

Coronopus. Wranij noha.

*Coronopo nomen à folij divisurâ, corvinum pe*dent imitante. Math. lib. 2. cap. 122. Dod. 1. 4. 26.

Holaustium vulgare, lanugine copiosiore pubescit: Dod. plantago angustifolia albida. 1. 4 26.

Psylliũ. Chmeljk.

*Psyllium seu pulicaris, humicaulis est, angustifolia, coronopi modo incana, & hirsuta: fœtu im*bricatim compacto globulo, squamoso, oblongo, quem apiculi staminei candicantes, plantaginis vel coronopi, ambiunt; semen nitidum, nigrum, mucosum, pulicis effigie, & inde nomen. Math. 4. 65. Dod. 1. 4. 31.

Plãtago minor. Gitrocejl menssj/aneb Beranij yazyk.

Plantago minor vera, caule anguloso, in terram inclinato, folio angustiore nigriore, lingva pecori simillimo. Math. 2. 119. Dod. 1 4. 23.

Plãtago major. Gitrocejl wetssy.

Alterum genus plantaginis majus, nervo laterum modo includitur, qui quia septemis est, quidam eam heptapleuron vocavere.

Nervi-

Nervifolio generi spicato, seu squamoso conjuncta sunt nervifolia flore & semine calyculis operto, tenuiora & exsucciora quidem, phlox, & lychnis.

Phlox antiquis est violæ species à flammeo colore floris, quem longè latéq; jactat, appellata. Vulgò betonicam altilem, atq; hinc etiam tunicam, quia Syra voce tunici, herba huic similis est. Hermolaus violam altilem, Turnerus caryophyllum Cantabricam, quam Plin. lib: 25. cap: 8. in Hispania inventam scribit per D. Augusti tempora, vocitavere. Math: 2 153 Dod. 2. 1 18 Phlox sive flos caryophylleus. Karafiát.

Phlogis sive violæ flammeæ genera summa duo agreste, & mite.

Agreste aliud singulari flore, aliud conferto. Singulari dividitur in rubram & subpuniceum: hoc non obscure, illud vix aut nihil fragrat. Translatum in hortorum areolas etiam hyemes tolerat. Quod conferto flore nascitur, universi generis nomine peculiariter floc Vascones appellant cui affine est, quod tunici vocant Mauri, radice odorata.

Armeria seu flos armerius est species phlogis agrestis, flore multiplici seu conferto, & racemoso. Dod. 2. 1. 19.

Phlox mitis primùm colore terno distinguitur, rutilo, candido, albo permisto rubore nudam carnem ostentante, unde & nomen huic viola.

Deinde à magnitudine differentia duæ phlox minor, & major.

Phlox mitis minor alium quoq; colorem ad quartæ speciei constitutionem admisit. Nam candida directis venis sangvineis discernitur.

Phlox mitis major multo cultu alitur in vasis ad fenestras, hyemisq; impatiens ab hyberni cæli injuria tectis defenditur. Quanquam haud minori discrimine à muribus, cujus sunt avidissimi, & absumptis floribus stipitem arrodunt.

Phlogis mitis majoris modi duo. Alia dicitur simplex, alia duplex, cujus in latissima floris frequentia minusculus flos medius insidet, cum suo calyculo.

Lychnis quasi lucidus luculentúsve flos, caulem habet incanum folium latiùs florem item flammeum aut sangvineum. Lychnis Růže S. Marie.

Lychinidis sylvestris genera numerosa, ut lævi-

X 2 ora,

Ocimaſtrum. Plana Vagalika. Spumeum papaver. Flos conſtantinopolitanus. Ocimaſtrum valerianthos. Saponaria.

ora, ocimoides, ſive ocimaſtrum, ocimo non modo natura, ſed & effectu contra viperas ſimile. Prima lychnis ſylveſtris. Dod. 2. 1. 15. Et ſpumeum papaver vulgò: Dod. ben album ſive polemonium. 2. 1. 16. Majora verò & aſperiora lychnis Chalcedonica miniata, lanas expurgās ſaponariæ ritu, Dod. flos Conſtantinopolitanus. Et ocimaſtrū valerianthos id eſt valerianæ flore: ſaponaria altera & ſiration Vlyſſys Aldroandi. Dod. valeriana rubra 3. 1 26. Itemq; ſaponaria, à ſapone, quaſi lotrix, aut purgatrix appellata, ut potè cujus ſucci ad emundandas, & emaculandas lanas, & pannos uſus ſit. Dod. 1. 21.

Jam verò craſſiora in hoc numero ponenda, ſunt gentiana, atq; helleborum album, natalibus montoſis, & altis, itémq; folio adeò cognata, ut vix diſcerni poſſint.

Gentiana. Horec.

Gentiana à Gentio Illyriæ Rege nomen habet. Plura ejus genera gentiana minima. Dod. Galathiana Viola Plinij. 2. 12. Eiq; ſimilis gentianella verna Cluſij: & reliqua majores. Math: 3. Dod 3. 1. 18.

Helleborum album. Bily Helleboř / Čemeřice / Kejchawka. Polygonatum. Kokořjk / aneb liciſedlo.

Helleborum Græci dictum volunt, quod cibum corpori eripiat, album à radice candida, eadem bulbacea & fibroſa. Math: 4. 155. Dod. 3 2 27.

Conſimilem proventum habent iiſdem montoſis naſcentia, radice protuberante præcipue vivacia, ut arundinacea, fœtu flore lilij convalij, & bacis ceraſij: Polygonum majus ſive polygonatum à radice compluribus geniculis pyxidatim conſertis. Math: 4. 5. Dod: 3. 1. 2:.

Ruſcus. Wlaſká geblice.

Item rigidiora ruſcus, & hippogloſſum. Ruſcus vitibus alligandis, et ruri (à quo nomē) idoneus. Frutex eſt myrti ſimilis ſed ſpinoſior unde quidam χαμαιμυρσίνην & ὀξυμυρσίνην appellant. Math: 4. 141. Dod. 6. 1. 4.

Hippo-

Hippoglossum seu bislingua, & bonifacia, folium habet linguæ simile, duplex, alio parvo quasi exeunte de alio. Math: 4. 127. Dod: 6. 1. 5.

Hippoglossum. Czipkowá bylina.

Et hæc sunt, quorum nervus in longitudinem porrigitur, reliqua & transverso nervo donantur, situs pinguis, & in udis aut resiccatis: suntq; primum potamogeton, sive fontalis, & spicata, folio & flore spicato persicariæ, Math. 4. 97. Dod. 4. 5. 2. *Cui congener habetur malabathrum, sive folium jndicum,* quod Diosc. prodidit sine radice innatare paludibus: Math. 1. 11. *Deinde persicaria, & lysimachia.*

Persicaria ab insigni acrimoniæ, et piper aquatile. sive hydropiper dicitur. Radix fibrosa, caulis geniculatus, folium persici, & inde quoq; nomen. *Genera duo: Altera fœtum nudum* enititur, florem album purpurascentem, semen subnigricans acre. synapis piperisve sapore. Math. 2. 155. Dod. 4. 5. 32. *Altera, persicaria siliquosa, cui fœtus teres, oblonga siliqua, attactu* protinus dehiscens, semine in vultum velut in ultionem sui insiliente: Inde vulgo noli me tangere vocitata.

Persicariæ siliquosæ congener est vulgò balsamina fœmina appellata, crassior, pusillo fructu, prioris modo pendulo, & ad levissimum attactum dehiscente. Quare & hanc persicariam quidam vocant. Balsamina autem dicitur propter similitudinẽ non nullam fructus, & facultatum cũ balsamina cucumerina.

Balsamina fæmina.

Est & capsicum Actuarij, sive caninum Zingiber Avicennæ de hoc genere: situs compositi. Nam primum ex Goa, & Calecutijs oris in Europam translatum, nunc in hortis seritur: siliqua pyramidali, & inde nomen. Capsas enim κάμπτας appellant Græci.

Capsicũ Actuarij. Pepř Indycký/ginák Turecký.

Lysimachia nervatorum transversim altissima est, cui iam nomenq; maximum, ἀπὸ τοῦ λύειν τὴν μάχην, à dirimenda

Lysimachia.

pugna. Vis enim eius tanta est, ut jumentis, (utinam & hominibus) discordantibus, jugo imposita, cælestis pacificatoris exemplo, asperitatem cohibeat. Math: 4 3. Dod: 15. capitibus 33. 34. & 35.

De gnaphalijs seu tomentosis plantis, & pilosellis, cap. X.

Hæc genera obscuriùs virentibus nervosis: ἀπονεύροις autem seu nervi & costæ insigni destitutis numerosiora: & prima à folij figura, acutifolia, aut obtusiora.

Acutifolia, et auriculas muris imitantia, sparsis ferè & confusis folijs, præter cætera lanuginosa, & pilosa, floris diversitate duo sunt, capitatum, & calathiflorum.

Capitatum, seu corymbaceum, aureo relucens colore. Differtq́, primum folio, angustiore, & latiore.

Angustioris folij sunt pilosella, & gnaphalium.

Pilosella Chlupáček. *Pilosella ab hirsuta pilosáq; foliorum superficie inalbicante, nomen habet, concava figura, unde & myosotidem seu murin auriculam quidam dixerunt. Math: Dios: 4. 10. Dod: 1. 3. 15*

Gnaphalium. *Gnaphalion id est tomentaria, simillima pilosellæ, cujus lanugine loco γναφάλου, seu tomenti utuntur. Id autem est lana illa brevis atq; concisa, è vestibus à fullone poliendo detracta. Græcis παρὰ τὸ κνῶ, quod est rado & abstergo, sive γνάφω, quod lanas aut pannos vellere & carpere significat. Eodem sensu usurpatur στρῦθερ unde & struthion dicitur. Latini autem tomentum παρὰ τὸ Τέμνερ deducunt. Appellatur & centunculus, quòd centonibus cum tomentis magna cognatio.*

Gnaphalium marinum. Filago. *Duo ejus genera, marinum, quantum quantū est, nil nisi tomentum: & filago seu vulgare gnaphalium*

phalium fruticoſius atq; denſius, ſed pauciori lanugine. Plinius lib:4. cap:19. impiam appellari tradit, his verbis: Herba impia vocatur incana, roriſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita, atq; capitata: inde alij ramuli exurgunt, ſua capitella gerentes: ob id impiam appellavére, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Dod: 1. 3. 14.

Plin: impia.

Eodem pertinent leontopodium, & ſtæchas citrina.

Leontopodium.

Leontopodium ſive pes leoninus villoſis folijs et floribus cruru pedis annexi effigiem habet, & ex eo nomen, Dodonæo piloſella minor, 1. 3. 16.

Stæchas citrina. Pleſniwec

Stæchadi citrinæ noſtrati florum corymbaceorum aurea coma chryſocomæ quoq; ſive auricomæ nomen dedit, Dod. 2. 3. 26.

Et latioris folij piloſa ſubalbidáq; ſunt, circa florem affabre radiatim connexis foliolis, media ſtamina in pappos nonnunquam abeuntia includentibus, duplici differentia, rariore flore, & copioſiore atq; ſpiſſiore.

Tripolium. Conſolida aurea. Aurea virga. Wyſoký traňk. Solidago Sarracenica. Zadný traňk. Conyza. Zlatý traňk / aneb Bleſſnjk.

Rarioris floris, minus quidem fruticoſæ ſunt tripolium, quod in maritimis naſcitur, ter quodie, ut ferunt, colore varians, Dod: 3. 2. 22. *& quæ montoſa diligunt, conſolida aurea nemorum, ab imo foliata: eiq; ſimilis herba dorea,* Dod: 1. 5. 25. *& aurea virga, eadem leucographis* Plin: *ſeu herba ſcripta Anguillaræ à notulis non nullis conſperſis, quibuſdam locis præcipuè conſpicuis, Dod. ibidem. Itemq; his congener ſolidago Sacracenica, Turcis & Sarcacenis ad vulnera uſitata. Præterea fruticoſiora conyza, & aſter Atticus.*

Conyzæ connexum nomen docet, ſiquidem κυύειν idem eſt quod κνᾶν & κνύζειν ſecare ac radere, unde fit conyza, Latinis cunila

cunila & cunilago, cum suavitate quadam graveolens, glutinosa, & hirsuta ac papposa ut gnaphalium vulgare, quod colore, & habitu toto refert, Math: 3. 118. Dod: 1. 2 32.

Aster Articus. Gwiazdowa bylina.

Aster, id est, stella, Atticus cognomine, solius generis nomen obtinuit, à folijs radiatim in stellæ morem florem incingentibus, Math: 4. 115. Dod: 2. 3. 24.

Bellis: Matecznik giniak. Stoniszraska. Chrysanthemũ. Doronicum officinar.

Quin & densior & copiosior flos nonnullis, ob id bellibus appellatis, ut belli, sive bellidi propriè dicta. Math: 3. 139. Dod: 2. 3. 23. eiq; conjunctis chrysanthemo, quod superius inter intubacea diximus, huc differendum, & doronico officinarum, Dod: 3. 4. 8.

Et de pilosa planta corymbacea, & floris bacati hæc, restat calathiculata, verbascum, & pilosa aculeata.

Verbascum item duplex est, bechium, et proprium hujus nominis.

Tussilago. Konskie kopyto.

Bechij, quæ & tussilago dicitur, tussim sedantis Plin: lib: 26. duas recenset species, sylvestrem, nascentem in resiccatis, & ubi subsint aquæ, & hoc habent signum aquileges, folio majusculo, populneo, unde alio nomine chamaleuce & farfara. Populum enim antiquitùs farfaram dictam apparet ex Plauto in Penulo. Math. 109. Dod: 4. 5. 19.

Salvia. Szalwieg.

Alteram salviam similem verbasco. Græci ἐλελίσφακον quasi dicas sole afflatam, aut syderatam appellant, quia cinereo decolorique aspectu arenti similis nascitur. Concordat amicitia quadam cum ingenito calore & vita primordijs, Itaq; salvia appellata est, & demortuis penè sphacelo membris calorem revocat, inde quoq; ἐλελίσφακος dicta. Math. 3. 33. Dod: 2 4. 2.

Horminium sive orvala. polny Szalwieg.

Horminium est species salviæ sylvestrior & fruticosior. Venerem ciet unde & nomen. ὁρμᾶν quippè impetu agi est. Galli eadem de causa orvallam appellant. Math: 3. 133. Dod: 2 4. 25.

Prima

Prima ejus ſpecies apud Dod: propriè ſcarlea, Scarlea.
centrum galli, oſſicinis gallitricum. Scarlea autem Latinogermanica voce quaſi claritficans oculum dicitur. Semen enim inter palpebram & & oculum inſertum, & aliquandiu retentum, omnes ſordes extergit, & ſecum aufert, quotidiano vulgi experimento. Sſalwig Polnß wonna.

Majus & craßius eſt verbaſcum propriè dictum, cuius nomen vel à verbere (eſt autem verber ſummitas ſarmentorum à vite derivatum) vel à verbena cujus ſimilis eſt, & ſapè fallit pro eo capta. Verbena námq́, dicta eſt, quòd ea verrendo ſuperſtitione quadam domorum pavimenta verberabantur. Græcis à flammis aut elychnijs, ex ejus tomento fieri ſolitis, φλόμος ſeu φλόγμος: Vulgò tapſus aut taxum potius quia toxicis adverſatur. Flos ejus interdum aureus, interdum purpureus ut blattaria &c. Verbena.

Genera prima duo phlomis, & ipſum verbaſcum.

Phlomis quaſi verbaſculum tota minor, flore calyculato: dividitur in paralyticam, & digitalem.

Paralytica item duplex eſt, propriè dicta, aut ſanicula Alpina. Primula veris.

Propriè dicta alio nomine primula veris, à verna germinatione, quia prima erumpit, & floret. Math: 4. 99. Dod: 1. Bukwice Bila/ Podleſſtka / Klič S. Petra.

Sanicula Alpina, quàm recentiores auriculam urſi, à foliorum figura appellant, primulæ annumeranda eſt, flore purpureo, ideoq́, commodiùs arthritica ſeu paralytica diceretur, quàm ſanicula, præſertim non minùs utilis arthriticis quàm ſuperior. Math: 4. 9. Dod: 1. 5. 31. Sanicula Alpina.

Digitalis eſt phlomis, cujus calathi oblongi picti cælative ſunt, in morem digitalis, digitorum inter ſuendum munimenti. Dod. 2. 1. 13. Zanyklo rytanſty. Digitalis.

Verbaſcũ ipſum floribus comoſis, aut ſpicatis naſcitur, in verticillatis circinnationibus ſecundũ Verbaſcum. Diwizna.

Y *folio-*

foliorum exortus hinc inde porrectis. Math: 4. 99. Dod: 1. 5. 27. & 29.

Verbascum nigrum. Blattaria.

Genera ejus complura, ut sylvestre, & urbanum, quod rursum dividitur in verbascum candidum, & nigrum salvifolium, flore purpureo, cujus species est & blattaria, quæ abjecta blattas in se contrahit.

Heleniũ. Woman.

Verbasco proximum habetur helenium, quanquam inter prædicta capitulis stamineis referendũ, vel ab insula ejusdem nominis, ubi longè optimum majori & numerosiori fronde, digitali aut verbasco platyphillo simili: vel ab Helenæ lacrymis, quibus satum perhibent, Unum ex eo numero unde Nepenthes illud Aegyptium malorum oblivionẽ inducens, omnibus utiq; mortalibus necessarium, confectum opinantur. Math: 1. 27. Dod: 3. 1. 20.

His subtexemus lanosa flore calathiculato aculeata & mordacia: quibus radix ampla, & firma, mucosa & viscida, foris plerumq; nigra, situs lætus & riguus, folium angulosum, linguæ simile, purpureus flos, asperum ac nigrum semen.

Distinguuntur primùm folij ambitu, rotundiora enim, & verbasco propiora sunt lapa, & xanthium:

Lappa. Lupenbinat/ ter pik wettsj

Lapa παρὰ τὸ λάπτειν, *quod bibere lambendo more* canum luporúmve nominis fictione significat, quia fructu obvia quæq; prehendat. Dicitur & ἄρκειον sive ἀρκτίον, & ursina, ab eodem fructu (ut palam est) hispido, villosis echinis Ursi capiti non absimili: item persolata, & petasites, ut però quæ galeri modo à Solis æstu caput defendat, & personata, quia folia ampla personis larvæ vice obtendi essent solita. Math: 4. 102. Dod: 1. 2. 18.

Xanthiũ Lupen menssf.

Xanthium à colore flavo nomen traxit, quo tingit ca-

git capillos. Eadem de causa vulgo luteam & kermes sive kermesinum appellant. Math: 4. 133. Dod: 1. 2. 19.

Junguntur his acutiora folio, buglossos, & cynoglossos.

Buglossos boum linguæ similis duorum generũ est, simplex, & infectoria.

Simplex buglossa propriè dicta, & borrago.

Buglossa horridior est, radice foris nigra & perenni, folio angustior & longior, floribus concoloribus, & semine majori minusq; nigro. Math: 4. 132. Dod. 5. 1. 9. Buglossa Wolowy Yazyk plany.

Echium est idem agreste buglossum, cujus semen viperinum caput argutis, sed exilibus oris luminumq; vestigia efformat, asperiusculis, & spinosis tegumentis. Math: 4. 25. Dod: 5. 1. 12. Echium. Wolowy yazyk plany. 2.

Borrago quasi bovago dicta mitior est priori, antiquorum vera buglossa, radice extima inalbicante, nec perenni, folio latiori. Præcipuum ei quod in vinum dejecta, ut Plinius inquit, animi voluptates auget, & inde vocatur euphrosynum. Math. & Dod. ibidem. Borrago Borak.

Est alia similis ei symphytum magnum, radice consimili toti generi, sed major, ac longior. Math: 4. 9. Dod: 1. 5. 15. Symphitum magnum. Swalnik wietssy.

Est et symphitum tuberosum solis tuberibus radicum distans, speciosius. Math. 4. 6. Dod ibidem. Symphitũ tuberosum.

Pulmonaria quoq; maculosa symphyto congener est, folio borr. flore primula veris. Math: 4. 48. Dod. 1. 5. 16.

Simile his asperitate & lithospermum, sive heraclia, a lapidea seminum duritie nuncupatum. Math. 3. 141. Dod. 1. 3. 31. Lithospermũ. Wrabcy symie.

Buglossi infectorij, cujus radix succũ tingẽdis lanis habet, genera duo anchusa, & erythrodanũ. Rasmeyka.

Lycopsis *Anchusa, alia sylvestrior, & degener, ut lycopsis, quasi dicas fuscedo, obscuritásq; à radice* colore fusco ex purpureo, aut quasi lupina ab hispida impexáq; caulis foliorum & florum hirsutie, lupinum pedem imitante. Dod. 5. 1. 10.

Onosma *& Onosma, lycopsidi cognatum, & velut imperfecta, & inchoata, foliosa duntaxat anchusa: alia*

Anchusa. Wolowý yazyk čerwený. *est vera anchusa, cognominata à fuco pigmentisve* illinendis quod Græcis est ἀγχούσειν, ut potè præter cæteras succo sangvineo vel παρὰ τὸ ἄγχειν quod vi suffocatoria & strangulatoria sit prædita. Math: 423. Dod: 5. 1. 11.

Rubeæ genera. *Erithrodani id est rubeæ seu rubiæ genus, folio circa caulem orbiculatim ad similitudinem stellæ*

Saginæ spergula *disposito, latiùs patet. Minora enim & quasi sylvestria ac molliora sunt, spergula quidem exiliori,*

Galium. Syřišťo wa/ Sylina. *sed numerosiori folio, eadem polygonon & Knawel Germanorum Tragi, eiq; congener gallium, cuius itẽ duæ species, unum angustius, et ipsum duplex luteum propriè dictũ galium à lacte, Math: 3. 4 91.*

Mollugo *Dod: 3. 1. 31. & mollugo candido flore: alterum*

Cruciata. cruciata, iisdem natalibus gaudens, Dod: 3. 1. 33. *Mollior est &*

Asperula. asperula vocata, neq; nisi semine aspera, odore svavi & lilii convalii. Dod: 3. 1. 32. *Majora verò sunt eorundem nataliũ*

Polygonatum minus. polygonatum minus, Dod: 3. 1. 21. *& asperiora aparine, eadem penè cum rubia sylvestri, ni obstaret semen, scratéiq; & hirsutus cortex caulium ac foliorum quo vestibus prætereuntium adhæret, ex eo philanthropos, quasi humana, aut hominum amans appellata:*

Aparine Swizel. *Ipsáq; adeò rubia propriè dicta inficiendis lanis, et* coriis præcipua, sola sordidè nota vulgo, Math: 3. 143 Dod: 3. 1. 28.

Rubia tinctorũ Mařena. *Restat cynoglossos caninas imitans lingvas,* molli corpore, semine, lapulis, clypeolisve hirsutis custodito, ad vestes item adhærescente. Math: 4. 123. Dod: 1. 2. 33.

Cynoglossa. Psý yazyk

Dementha

De mentha & generibus ejus, cap. XI.

In promisso herbarum obscuriùs virentium sine nervis & costis, sequuntur quæ folium obtusius, & serratum habent, binis ordinibus alarum modo compositum. Quorum genera prima duo alterum quercifolium, alterum longius & laxius.

Quercifolium, colore & divisura quercus, contractius & spißius est: idq; angustifolium aut betonica—.

Angustioris folij item duplex, veronica, et chamædrys.

Veronica. Weronyka/Rozrazyl.

Veronica tenuiores crenas habet, sed hirsutior est, dicta quasi vettonica corrupto nomine: Paulus Aegineta lib. 2. vettonicam vocat. Dod. 1. 2. 21.

Chamædrys. Ožanka wětssj.

Chamædrys, id est humilis aut terrestris quercus, vulgò quercula minor, Latinis trissago, glabrior seu lævior est, sed asperioribus crenis Math 3. 96. & 95 Dod. 1. 2 24. item 25. & 26.

Scordiū. Plany česnek.

Scordium est chamædrys odore fædo allij, quod σκόρδιον Græci dicunt. & inde nomen. Aliqui trixaginem palustrem vocant Math. 3 108. Dod. 1. 5 7.

Euphrasia.

Euphrasia quoq; chamædryos generis est, agrestior, lignosior, et minore folio, sed odoratior Dod. 1. 2. 34

Ambrozka/aneb swětlik. Verbenaca. Werbena.

Quercifolio angustiori generi cognata est & verbena profundiùs serrata, et laciniosior. Nomen ex argumento habet. Nam ea verrendo superstitione quadam pavimenta domorum, & Iovis ara verberabantur. Alijs quoq; ritibus pacis, belliq; adhibebatur, unde & hiera quasi sancta, & lustralis herba vocata est. Dod. 1. 5. 34.

Bettonica. Bukwice čerwená.

Vettonica, seu bettonica est eadē quercula, la- tifolia, à Vettonum gente in Hispania. Græcis κέστρον à floris spicato mucro-

mucronatòq; acumine cestron aut verticulum seu virriculum referente. Math. 4. 1. Dod. 1. 2. 20.

Scrophularia. Swinsky Poten.

Scrophularia est bettonica, cujus radici tubercula aspera & capitula papillosa adnascuntur, ad strumas & ulcera emollienda & discutienda utilis. Math. 4. 90. Dod. 1. 2. 31.

Lanuginosiora prædictis, et odore meliora mẽtacea, origanum, & pulegium.

Origanum rotundiore folio & lævius duorũ item generum est, propriè dictum, & odoratius.

Origanũ. Dobrá myst.

Propriè dictum, nomen à clivosis montosisq; natalibus accepit. Math. 3. 28. Dod. 2. 4. 16. A quo nõ longè distat hyssopus Græcorũ, neq; nisi magnitudine et umbellato flore, quasi ὑόμενος εἰς τὸν ὦπα, impluens in visum, aut potius εἰς τὴν ὀπὴν. quia voci raucæ, pulmonibusq; unicè prodest. Dod. 2. 4. 17.

Cognata origano, sed odoratiora sunt amaracus, & marum.

Amaracus. Mayoráne.

Amaracum Græci appellavere, quod Aegyptus & Syria sampsuchum, nos majoranam. In Cypro insula laudatissimam ostendit fabula: Cynara Regis Cypri, puerum Amaracum alabastrulum ungventi, lapsu fregisse, & luctu contabuisse, versumq; in sui florem nominis. Math: 3. 40. Dod. 2. 4. 1.

Marum.

Marum ab amaraco per apocopen appellatũ est, ut cuius species sit odoratior & gratior. Aliqui ejus inventionem Thraciæ Regi Maroni assignant, & inde nomen. Dod. 2. 4. 2.

At pulegium origano mollius & lanuginosius, & folio longiore nascitur.

Differentia prima in magnitudine. Tenuiora enim & constrictoria angustioráq;, quæ loca arida, sterilia

ſterilia, & ſaxea diligunt, ſunt pulegium privatim dictum, & ſymphytum petræum.

Pulegium privatim appellatum compoſita natura ex ſe ipſo, & adnato epithymo ſive epithymbra: ut quæ non tantùm in cognominibus thymo, et thymbra: ſed etiam ſerpillo, hyſſopo, & id genus alijs inveniatur. Epithymum.

Et hujus duo genera, pulegium ſylveſtre, & regale. Sylveſtre ſerpillum, aut dictamnum.

Serpilli duo genera, minutiùs quidem ſerpillum vulgare, & Romanum præſtantius. Serpillũ. Matelei Dauſſa.

Serpillum vulgare dictum putant à ſerpendo, quod ſylveſtri evenit in petris maximè. Sativum enim non ſerpit ſed palmi altitudinem aſſurgit. Math. 3. 39 Dod. 248.

Ocimum initio ozimum dictum apparet, propter eximiam fragantiam, eſtq; ſerpillum gratius, ſed ampliori folio. Itaq; ſ li expoſitum autore Theophr: tranſit in ſerpillum, quia ſiccatam odore creſcit, folio minuitur. Math. 2. 138. Dod. 2. 4. 10 Ocimũ. Bazalika.

*Ocimo congener eſt acynus, quaſi dicas ſteri*lis, infacundáq;, ut quàm Theophra: & Plinius nunquam florere tradant. Dod. 2. 4. 11.

Serpillum Romanum & præſtantius, folio & flore, totóq; adeo habitu prædicto ſimile, eſt thymus & tymbra.

*Thymus haud dubiè ab excitando animo no*men invenit, quod à Græcis θύειν dicitur. Alijs quaſi thyamon, id eſt ſanguinem impellens placet appellatum. Math. 3. 37. Dod: 2. 4. 7. Thymus. Thym.

Thymbra ut naturæ ſic nominis thymi apud Græcos particeps. Latini ſaturejam vocavêre, quòd nullum ferè condi- Thymbra. Thymbra

mentum aneb Sat

čurege.

mentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere videbatur. Math. 3. 38. Dod. 2. 4. 19.

Hyssop. Hysop.

Eodem pertinet hyssopus Arabum, & Mesues, qui hyssopum ramis, & folijs thymi, sed majoribus facit. Math: 3. 26. Dod. 2. 4. 18.

Rosmarinum. Rosmaryn. Stæchas. Stechas. Lavédula. Lawendule.

Et hæc minutiora sunt: surculosiora verò, in Gallia & locis calidioribus adeò ubere proventu, ut vel igni faciendo satis sint, Rosmarinum coronarium. Math. 3. 72. Dod. 2. 4. 4. & stæchas, id est spica, alia propriè dicta minutiore folio Math. 3. 27. alia lavendula sive spica, et nardus domestica, priori odore, sapore, natalibus, totáq; natura simillima, sed gravior, & major ac latior. Math. 1. 6. Dod. 2. 4. 5.

Dictamnum. Dyptam aneb třewdawa.

Et hæc de serpillo, dictamnum uni Cretæ cõcessum in Ida monte, & quasi ocellum Dictæum vocatum, pulegio adeò affine, ut recte quibusdam agreste pulegium sit dictum. Math. 3. 31. Dod. 2. 4. 12.

Pulegiũ. Poley.

Pulegium regale ad differentiam serpilli dictum, à pulicibus, quos nidore fugat, & necat, nomen habet. Cicero puleium sine g scribit, itemq; Martialis quasi pulecium. Græci βλήχων vocant, quia pecori depastum, ob acrimoniam & insignem amaritudinem, balatum extorquet, vel quia pituitam crassam è pulmonibus extundit. Math. 3. 30. Dod. 2. 4. 14.

Symphytum petræum. Bugula. Swalník prostředný. Prunella Čžernohlávek.

Symphyto petreo magna cognatio cum pulegio, folium aversa parte hæderæ, prunive modo puniceum, & inde Gallis prunella dicta. Genera duo bugula unicaulis sine ramis, Dod. 1. 5. 17. & prunella propriè, fruticosior & ramosa. Dod. 1. 5. 18.

Ab his proxima dicetur consimili pulegio natura, sed ramosiora & molliora, mentha, & marrubium.

Mentham

Mentham quidam à mente deducunt, quòd eius odore mens hoc est animus excitetur, sicut sapore cibi appetentia, alij veriùs à Graecis, qui quondam minthum vocabant, ἀπὸ τῆ μινθε, id est a lanugine pubéve muscosa candida, putredinis comite, propter hirsutiem candidam agrestis menthae, & praecipuè calaminthae ex eo quasi pulchrioris menthae dicta: postea odoris suavitate mutato nomine, hedyosmon dixêre, ἡδὺ enim suave & ὀσμὴν odorem vocant. Math. 3. 34. & 35. Dod. 1. 4. 10: itemq; 11. & 12.

Mentha Mäta.

Calamentha. Marulka

E calaminthae tribu est & cattaria sive mentha catti, quâ cattus mirum quantum capiatur & delectetur, officinis falsò nepeta. Math. 3: 36. Dod. 1. 4. 14.

Cattaria. Kocauka mik.

Marrubium tenerius et mollius est mentha, cui à rugis nomen. Id enim ῥύω & ῥύσσω significant. Graecis πράσιον, a prassino seu porraceo virore, & odore. *Duo autem marrubia bul*lote ad atrum fuscúmve colorem porraceum vergens, odore gravi & faetido. Math. 3. 102. Dod. 1. 4. 1. *& marrubium propriè inca*num, & candidius, suavis odoris.

Marrubium. Kablecnjk.

*Mellissa vel apiastrum est idem penè marrubi*um, viridius, & longe fragrantius, citrij mali odore. Apibus grata, à quibus & nomen, quae μέλιτῃ & μελίσσαι Graecis dicuntur.

Mellissa. Melissa Medunka/Dudrawnjk.

*Eiusdem generis sunt cardiaca, cui nomen dede*runt eximia vires ad cordis affectus. Dod. 1. 4. 9. & 10, & Mellica sive molluca, horridior & spinosior. Math. 4. 89. Dod. 4. 1. 27.

Cardiaca. Srdečnjk

Jam proximam marrubio naturam habent acuti ore folio, semen circa ramos, aut in petiolis confertũ & condensum ferentia, sideritis, eiq; vicina urtica, & cannabis.

Sideritis quasi dicas ferrea est marrubij genus, acutioris folij, vulneribus ferro factis utilissimum. Math. 4. 29. Dodoneo marrubium aquatile. 4. 5. 18.

Marrubium aquaticũ.

*Helxinen quoq; seu parietariã sideritĩ hercula*nam vocari Diosc: Plin: & Apuleius autores sunt, estq; huius generis. Locum amat umbrosum, iuxta muros, & macerias, [illegible]lium ei (ut inquit

Parietaria. Den a noc.

turege.

mentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere videbatur. Math. 3. 38. Dod. 2. 4. 19.

Hyssop. Hysop.

Eodem pertinet hyssopus Arabum, & Mesues, qui hyssopum ramis, & foliis thymi, sed maioribus facit. Math: 3. 26. Dod. 2. 4. 18.

Rosmarinum. Rosmaryn. Stœchas. Stechas. Lavēdula. Lawendule.

Et hæc minutiora sunt: surculosiora verò, in Gallia & locis calidioribus adeò ubere proventu, ut vel igni faciendo satis sint, Rosmarinum coronarium. Math. 3. 72. Dod. 2. 4. 4. & stæchas, id est spica, alia propriè dicta minutiore folio Math. 3. 27. alia lavendula sive spica, et nardus domestica, priori odore, sapore, natalibus, totáq; natura simillima, sed gravior, & major ac latior. Math. 1 6. Dod. 2. 4. 5.

Dictamnum. Dyptam aneb třeswdawa.

Et hæc de serpillo, dictamnum uni Cretæ cōcessum in Ida monte, & quasi ocellum Dictæum vocatum, pulegio adeò affine, ut recte quibusdam agreste pulegium sit dictum. Math. 3. 31. Dod. 2. 4. 12.

Pulegiũ. Polea.

Pulegium regale ad differentiam serpilli dictum, à pulicibus, quos nidore fugat, & necat, nomen habet. Cicero puleium sine g scribit, itemq; Martialis quasi pulecium. Græci βλήχων vocant, quia pecori depastum, ob acrimoniam & insignem amaritudinem, balatum extorquet, vel quia pituitam crassam è pulmonibus extundit. Math. 3 30. Dod 2 4. 14.

Symphytum petræum. Bugula. Swalnjk prostřednij. Prunella. Cžernohláwek.

Symphyto petreo magna cognatio cum pulegio, folium aversa parte hæderæ, prunive modo puniceum, & inde Gallis prunella dicta. Genera duo bugula unicaulis sine ramis, Dod. 1. 5. 17. & prunella propriè, fruticosior & ramosa. Dod. 1. 5. 18.

Ab his proxima dicetur consimili pulegio natura, sed ramosiora & molliora, mentha, & marrubium.

Mentham

Mentham quidam à mente deducunt, quòd eius odore mens hoc est animus excitetur, sicut sapore sibi appetentia, alij veriùs à Græcis, qui quondam mintham vocabant, ἀπὸ τῆς μίνθης, id est a lanugine pubéve muscosa candida, putredinis comite, propter hirsutiem candidam agrestis mentha, & præcipuè calamentha ex eo quasi pulchrioris mentha dicta: postea odoris suavitate mutato nomine, hedyosmon dixêre, ἡδὺ enim suave & ὀσμὴν odorem vocant. Math. 3. 34. & 35. Dod. 1. 4. 10: itemq; 11. & 12.

Mentha Mãta.

Calamẽtha.

Marulka

E calaminthæ tribu est & cattaria sive mentha catti, qua cattus mirum quantum capiatur & delectetur, officinis falsò nepeta. Math. 3. 36. Dod. 1. 4. 14.

Cattaria.

Kocaurnik.

Marrubium tenerius et mollius est mentha, cui à rugis nomen. Id enim ῥύω & ῥύσσω significant, Græcis πράσιον, a prasino seu porraceo virore, & odore. *Duo autem marrubia bul*lote ad atrum fuscúmve colorem porraceum vergens, odore gravi & fætido. Math. 3. 102. Dod. 1. 4. 1. *& marrubium propriè incanum*, & candidius, suavis odoris.

Marrubium.

Rableník.

*Mellissa vel apiastrum est idem penè marrubi*um, viridius, & longe fragrantius, citrij mali odore. Apibus grata, à quibus & nomen, quæ μελίτται & μελίσσαι Græcis dicuntur.

Mellissa.

Melissa Medunka/Dubrawnik.

*Eiusdem generis sunt cardiaca, cui nomen dede*runt eximia vires ad cordis affectus. Dod. 1. 4. 9. & 10, & Mellica sive molluca, horridior & spinosior. Math. 4. 89. Dod. 4. 1. 27.

Cardiaca.

Srdečník

Jam proximam marrubio naturam habent acutiore folio, semen circa ramos, aut in petiolis confertũ & condensum ferentia, sideritis, eiq; vicina urtica, & cannabis.

Sideritis quasi dicas ferrea est marrubij genus, acutioris folij, vulneribus ferro factis utilissimum. Math. 4. 29. Dodonæo marrubium aquatile. 4. 5. 18.

Marrubium aquaticũ.

*Helxinen quoq; seu parietariã sideritĩ hercula*nam vocant Diosc: Plin: & Apuleius autores sunt. estq; huius generis. Locum amat umbrosum, iuxta muros, & materias, solium ei (ut inquit

Parietaria.

Den a noc.

Plin:) mixta similitudinis plantagini & marrubio, fructu semina in capitibus lapacei, aspera ut folium adhaerentia vestibus, unde & helxine dicta. Math. 4. 81. Dod: 1. 4. 28.

Mercurialis. Merkury alisginal psosec.

Habitum & faciem itémq; natales parietariæ habet & mercurialis, Mercurij inventum, minor minúsq; aspera. Math: 4. 183. Dod. 5. 1. 33.

Cannabis riguis gaudet & inde nomen indepta. *κάνναβοι enim fonticuli sparsáq; scaturigines dicuntur, angustiore folio, & nigriore.*

Genera duo cannabis propriè, & cannabina eupatorium dicta.

Cannabis. Konopě. Mas. Hlawata. Konopě. Fœmina postonna. Cannabina. Eupatoriũ Avicen. S. Ghunygundy tradě.

Cannabis minor est utilissima funibus in sylvis primùm nata. Duo ejus genera, masculus horridior robustior, & fruticosior, praeterea sterilis: & fœmina mollior, semine copioso, & ad textrinas aptior, mulieribus proverbio jocantibus fœminam mari potiorem. Math. 3. 148. Dod. 4. 2. 26.

Cannabina aquatica, eupatorium dicta, ijsdem locis, eadémq; figura nascitur: sed tota major, flore glomeroso villosóq; & evanescente cum aura, hepati amica, & inde nomen. Math. 4. 37. Dod. 1. 2. 7. & 8.

De chrysolachano & consimilibus plantis, cap. XII.

De enervicauli phyllāthe minori, et agrestiore, & ab hominis natura remotiore, medicinæ tantum nato, abundè dictū: reliquum est phyllanthes chrysolachani sive aurioleris generis, cujus caulis & folium sæpè ex viridi auri & ignis trahit colorē: radice ut plurimum τῶν καυχαλιζόντων, sive capitatorū, folio sinuato, & profūdius inciso, intybioleris modo flore calathoide, & violaceo, fructu folliculaceo, & siliquoso.

Ejus quoq; à sapore duo genera, aquatile, et acrioris ac penetrantis natura.

Aquatili

Aquatili ortus & incrementum celeritate insignia radix recta, fibrosa, caulis ab imo striatus, superne angulosus, folium ad basim latum, mucronatum ad instar sagittarum, semen foliosum.

Estq; duplex atriplex, & betacea.

Atriplex Græcis ἀτράφαξις παρὰ τὸ ἀδρῶς αὔξεσθαι. *Statim enim exoritur, & statim adolescit, Folium ei angustius, & inarescens è luteo vel flavo colore in aureum vergit. Latinis ab atro dictam existimant, quòd homines pallidos faciat, ideo & Pythagora damnatā, tanquam & hydropis & morbi regij autorem, ac ne in hortis quidem circa eam quicquam nisi languidum nasci.* Atriplex Lebeda.


Atriplex alia est
- *Propriè dicta*
  - *Sylvestris Lebeda plana.*
    - 1. *Marina repens*
    - 2.
      - 1.
        - *Humillima, polygoni, aut belxines folia.*
        - *Pusilla olida hircina, & vulvaria vocata, garum olens, & polline argenteo aspersa. Dod. garosmum vocat: cap: 3.*
      - 2.
        - *Sinuata*
        - *Latifolia, laceris lacinijs: pes anserinus. Dod. cap: 2.*
  - *Sativa major Lebeda zahradnij*
    - *Albida, & veluti farina aspersa.*
    - *Purpurea folio & flore, livens.*
- *Congener*
  - *Spinacea seu spinachia. Spinak. semine aculeato, & spinoso. Dod. 5. l. 5.*
  - *Tota bona, bonus Henricus, spinacea facie. Dod. 5 l. 26.*

Betacea minus laciniata duorum sunt et ipsa genenerū, beta, & blitum.

Beta item duplex est, rumex, aut vera & propria huius nominis.

Rumex est quasi sylvestris beta, quod et Gal. lib. 2 de al: fac: tradit his verbis: Rumicem, ut supra dictum est, posset ali- Rumex. Sstiowij

quia sylvestrem betam appellare, qui quidem ut sapore, ita facultate admodum cum ea convenit, sed quia beta sapidior est, propterea & cibis usitatior. Nomen traxit à rumine id est mamma prisco vocabulo, quod lacti simili & homini salutari succo manet. A Graecis λάπαθον *dicitur &* ἄλαπαθον, *ut quidam legunt,* ἀπὸ τοῦ λαπάττειν *vel* λαπάζειν, *id est inanienda alvo, ut pote lubricandi vi donatus & oleraceus.*



Beta. Manholt

Betae genuinae & urbaniori celeria incrementa.

aetas

atus brevis: Inde quasi benè itans dicta. Lucius Columella à littera Graca nuncupatam canit his versibus:

Nomine tum Grajo, ceu littera proxima prima
Pangitur in cera docti mucrone magistri:
Sic & humo pingui ferrati cuspidis ictu
Deprimitur folio viridis, pede candida beta.

Semine namq; pregnans deprimitur & curvatur ad littera β similitudinem. Math: 2.116. Dod: 5.1. 6.

Eius quoq; à folij colore duo genera faciunt, nigrum, folio ex obscuro magis virente: et candidum, quod præferunt, parcißimi seminis, appellántq; siculũ à Sicilia insula, offic: ciclũ depravato nomine. Beta nigra. Cžerný. Cãdida. Bílý.

Est & alia species radice media ventriosa, & turbinata, intus & extra tota rubra. Math. 2. Beta rubra. Manholt čerwený / ginák čerwena řipa

Sequitur blitũ betacei generis. Itaq; Latini per synechdochẽ betã aliquãdo appellãt, ceu Martial; Blitum. Blít.

Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta,
O quam sæpè petet vina piperq; coquus.

Iners videtur, ac sine sapore, aut acrimonia ulla, ex quo & nomen. βλὰξ enim inertem ac stolidum significat, & antiqui βλίτωσ stupidos & fatuos dixerunt.

Duo eius genera, album succo aqueo, & rubrum cuius caulis immodicè rutilat sanguineo colore, & folia seménq; ex rubro livent. Blitum album. Bílý. Rubrum čerwený.

Et de chrysolachano aquatili hæc, sequitur ut de acriori, cuius vis in sublime fertur, dicatur. Semen ei in vasculis seu folliculis & theculis, pedicello oblongiori hærentibus.

Estq; duplex, alterum radice turbinatiore, & ampliori folio, alterum minutius.

Amplioris genera duo, raphanaceũ, et braßica.

Raphanacei totidem, rapūtiū, ſeu rapunculus ſylveſtrius, & aliud urbanius.

Rapuntium ſeu ſylveſtris rapula, radice reliquo generi conſimili naſcitur, oblōga, et media parte nō nihil ventricoſa, tenera, candida, flore calathoide, campanulæ effigie, diverſicolore: terete theca. Dicitur & viola ſynechdóche generis pro ſpecie, παρὰ τὸ ἰέναι, quòd ineunte verè maturè proveniat, ſeu prorumpat.

Differentia à colore duplex, leucoium, & melanoium.

Leucoiū. Fiola bjlá Keiri.

Leucoium id eſt viola alba, veris prævia, à foliorum canicie, cinereóve colore nomen habet. Quæ luteo flore eſt, Arabes Keiri vocant. Math. 3. 121. Dod. 2 1. 3.

Rapuntium. Campanula. Swonček. Violamatronalis. ViolaMariana. Cervicaria.

Melanoium folio nigriori duplex eſt, anguſtius rapuntium, ſive rapunculus propriè dictum. Dod. 2. 1. 9. *& campanula ab eadem floris figura calathoide campanulam planè referente: latius verò & hirſutius viola matronalis ſeu damaſcena.* Dod: 2. 1. 4. *Et mariana, Mariæ Hungaricæ heroinæ, bellicis laudib. inſigni, dicata.* Dod: 2 1. 8. *Et eis qualitatibus & folio perſimile trachelium id eſt* cervicaria, ſeu uvularia, à cervicibus viciniſq; colli partibus internis & externis, quarum tumoribus & ulceribus medetur, appellata Dod: 2. 1. 9.

Verum & alterius generis urbanioris raphanacea ſubtexamus, quod Græcis κογγυλὶς *à figura radicis globoſa dicitur, bifariam diviſi, in raphanum & rapum.*

Raphani duo genera, propriè dictus, & rapum.

Raphanus, minor.

Propriè dictus ἀπὸ τῦ ῥαφαίνεσ *à celeri proventu* nomen habet. Dicitur & vulgo radix ſeu radicula. Diſtat radice longiore &

ore & graciliore, flore purpureo, & siliqua crassiore, pyxidatim effigiata, Ržetkew.
semine majore & rufo. Math: 2. 106. Dod: 5. 3. 5. Rapum.

Rapum est species raphani radice globosiore, Řipa.
flore luteo, semine minore & nigricante, ut nomen
inde deductum docet, quanquam alii à rapiendo dictã velint, quod passim terra rapiatur, tum quia homini cibus sit gratissimus Math: 2. 104. Dod. 5. 3. 1.

Napus acrior ac immitior est, & inde nomen. Naphy enim immite & vehemens interpretantur. Radix media minus ventriosa, multóq; exilior folia minus scabra, Græcis Βουνιάς à tumente radicis figura.

Estq; propriè dictus, aut sinapi.

Propriè dictus, propius ad rapam accedit, radi- Napus.
ce suavi, cibisq; delicata. Math. 2. 105. Dod. 5. 3. 2. Kolnik.

Lampsana est napus sylvestris, folio molli, hu- Lampsa-
mi caduco & procumbente & terram quasi lambente, unde & lampsana na.
putatur dicta. Math. 2. 109. Dod. 5. 3. 4.

Sinapi distat à napo magis acrimoniæ vehementia, quàm specie aut nomine. Athenæus quidem lib. 9 Dipnos: dictum putat ὅτι σίνεται τοὺς ὦπας ἐν τῇ ὀδμῇ, hoc est, quod olfactum luminibus officiat.

Genera duo sinapi absolute appellatũ, & eruca. Sinapi.
Sinapi majus & fruticosius est, semine acerri- Hořčice.
mum, oleosum, copiosum. Math. 2. 148. Dod. 5. 4. 15.

Eruca quia os linguámq; vellicet & quasi ero- Eruca.
dat, appellata est: duorum generum, minus vulga- Bilá hoř-
ta, Irio sive erysimum Dioscoridis, ad raucedinẽ čice.
quamlibet pertinacem efficacissima. Dod. 5. 4. 23. & propriè dicta eruca. Math. 2. 134. Dod. 5. 4. 16.

Reseda est eruca sylvestris ad morbos sedandos mira superstitione usurpata, de qua Plin: lib: 2. cap. 12

A rapha- Brassica.

Rapusťal Zelí.

A raphanacco genere proxima braßica, ſiquidē è

ſemine braßica veteri, cognatione quadam rapa & ſinapi ſiunt, atq; invicem. Græci ἀπὸ τοῦ βράξαι id est à vorando vocant. Dicta etiam κράμβη quasi κοράμβλη id est pupillas oculorum lædens. Inde Columella: Nunc veniat (inquit) quamvis oculis inimica corambe. Quanquam nonnullis placeat, quasi κορῶ ἄμβη vel ἀντίβη, quòd vitibus & ebrietati inimica ſit. Dicitur & bolus vel quasi ὅλος magno priſca frugalitatis argumentō, cùm totus cibus eſſet bolus, vel potius quia tota eſt veſcenda. Math. 2. 113. Dod. 5. 1. 7.

Hactenus chryſolachanum acrius ampliori folio, iam minutiora ſunt naſturtium, & thlaſpi.

Naſturtium à narium tormento nomen accepit, quanquam aliqua ignaviore et inſulſo ſapore in hoc genere ponenda occurrent, ut in priori braßica. Eſt namq; primùm duplex tenerius, & horridius.

Tenerius graciliuſq; humidos et alſioſos tractus diligit. Ex eo genere aliqua longiùs à chryſolachani natura recedunt, ſemine exiguo, in pericarpio oblongo, ceu alſine, & anagallis.

Alſine. Kuří mor aneb Kuřij ſtřewce

Alſine non modo alſioſis, ſed etiam parietinis & imbricamentis oblectatur. Antiquis auricula muris. ob foliorum ſimilitudinem cum genuina myoſotide, gallinis & aviculis pabulo grata, & inde morſus gallinæ. Math. 4. 82. Dod. 1. 2. 9. 10.

Parony-chia.

Ad eam pertinet et paronychia alſinifolia, ab unguium affectu, Græcis paronychia, Ciceroni reduvia appellato, cui medetur nomen ſortita. Dod: 1. 4. 28.

Anagallis, alſinæ congener, primò duplex eſt terreſtris, & aquatica.

Anagal-lis. Kuří mor

Terreſtris minor à colore hyacinthi, quem γάλλιρ Græci vocabant, nuncupari potuit, aut tanquam ſuperba, floribus venuſtis vias paßim exornans, jucundo, & grato ſpectaculo. Math: 2. 174. Dod. 1. 2. 11.

Huius

Huius anagallidis generis sunt & numularia, à foliorum circinnata rotunditate nummum imitante dicta, aliquibus centimorbia à virium multitudine. Math: 4. 36 Dod. 4. 1. 24. & elatine Dioscoridis, Fuchsio veronica fœmina. Diosc: 4. 36. Dod. 1. 2. 22.

Numularia. Penjiek winuty. Elatine.

Anagallis aquatica sive becabunga, aquis innascitur, juxta pratenses rivulos tota gustu acriore nasturtij. Dod. 4. 5. 15.

Anagallis aquatica.

Similis ei cochlearis, folio concavo, unde & nomen, inferiori Germania contra morbum indigenum stomacacem seu scorbutum usitatissima. Dod. 4. 5. 16.

Cochlearia.

Nasturtium aquaticum propriè dictum est sium sive laver erucafolium Cratéva, cui nomẽ ἀπὸ τοῦ σείειν, quia praeterlabẽtis aquis cócutitur, Dodoneo nasturtiũ aq. 4. 5. 13. (Aliud est Italorum atq; Mathioli. 2. 120) & Cardamine, sive nasturtia, & nasturtium sisymbriũ, nasturtij acrimoniã referẽs. Dodoneo flos cuculi 4. 5. 14.

Sium. Potočnjk.

Nasturtij asperioris item plura genera. Agrestiora draco, & lepidium.

Draco aut potius tarchon Symeonis Seti, & Avicenna, praedicatur nasci è semine lini cepacea aut tuberosa alicui radici inserto, acetarijs ut eruca miscetur. Dod. 5. 4. 17.

Draco.

Ptarmice Dioscori: draco sylvestris habetur. Sternutamenta ciet, & inde à Graecis nomen. Dod. 5. 4. 18.

Ptarmica.

Lepidium polysimum seu aequivocum est plãtis caustica vi ꝑditis, cutiq; deglubedae et squamis excitandu aptũ. Hoc in loco duas congeneres in eo vocabulo accipiunt iberidem, & lepidium Plinij

Persan.

Jberis, seu hiberis ab Iberia, ubi primum inventa, nomen sibi asciivit. exiliore folio. Math. 1. 147 Dod. 5. 4. 24.

Iberis. Steniconik.

Lepidum Plinij latiori folio duplex est, proprium hujus nominis: raphanum sylvestrem aliqui vocant. Dod. 5. 4. 25. & raphanus major, sive rusticanus

Lepidũ piperat. Raphanus ma-

ior. *crassiore radice, & ampliore folio, Dod. 5. 3. 7.*

Chren. Nasturtium. Řeřicha zahradnj. *Nasturtio sativo seu hortensi precipuè à naribus torquendis ut diximus nomen. Græci κάρδαμον vocant, sive ἀπὸ τῆς καρδία, quòd cordi amicum sit, sive quasi κάρδαμον à capite domando, seu παρὰ τὸ κάρας μύζειν à naribus rugandis. Et inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, nasturtiumq; edere jubentur, quorum velut torporem excitari volumus. Aliqui cresson vocant, quia perpetuò viret. Math. 2. 149. Dod. 5. 4. 19.*

Thlaspi. Penjžek. *Reliquum est thlaspi nasturtio proximum, cujus siliqua peltarum specie compressa, media perfringitur, & dividitur, unde nomen. Math. 2. 150. Dod. 5. 4 21.*

Ad thlaspem latifoliam proximè accedit glastum sive isatis, cuius succus liquatione colligitur ad inficiendas lanas nominatissimus, triplex specie, glastum propriè dictum sylvestre & sativum. Math. 2. 180. Dod. 1. 3. 28. Et

Isatis. Wayt. Vaccaria. Luteola. *Isatis sylvestris ocimastri calyculo, ocimoides privatim, & vaccaria appellata. Dod. 1. 4. 20. Itémq; luteola, quæ fulvum aureúmve colorem reddit tingendis item lanis tæneum. Dod. 1. 3. 29.*

Bursa pastoris. Kokossa. Myargû. *Est & alia thlaspe, folliculo compresso, marsupioli seu crumenæ effigiem habente, bursa pastorũ nominata. Math: 2. 150. Dod. 1. 4. 19.*

Est et myagrum id est muscipula aut muscaria, glutinosa & oleosa, effectus argumẽto haud dubie appellata, ut quæ præter volantes muscas glutine suo & ramulis implicet ac retineat. Dod. 4. 2. 23.

De papavere & generibus eius, cap. XIII.

Dictæ sũt omnis enervicaulis phyllãthij minoris generis species, restatq; majus, cuius flos majori folio constat. Peculiaris ei lavor & splendor quidam, tametsi neq; radici, nec folijs omnium specierũ insit. Sunt enim quædam hirsutiores & asperiores, ut papaver, sanicula sive diapensia, fragaria &c. Flori magna ex parte succedit vasculum aliquod orbiculatum, aut aculeatum, quædam



& bacas & poma, aut pilulas ferunt, ut solanum, fragaria &c.

Sunt autem duo eius prima genera, papaveraceum crassius & horridius, & malvaceum. Papaveracei ipsius totidem, solanum cujus fructus bacatus est, et alterũ genus, cujus includitur vasculo.

Solanum apud Latinos à sole dictum, apud Graecos τρύχνος quasi viteum, aut capreolus, vitisve, vel acinus aut tale quippiam, ut cuius peculiaris fructus sit (ut plurimùm) acinus, sive simplex, seu condensus & compositus: vel quasi τρύχινος id est attritum & lacerum in modum τρύχεος panni attriti.

Ex eo quædam minorem fructum & uvas aut corymbos ferunt, quædam pomosa sunt.

Et in bacifero genere pars aliqua monophylla & folio sparso est, ceu heliotropiũ seu helioscopium solans folio, minutiore quidem flore echij, cui si quis velit annumeret. Math. 4. 148. Dod. 13. capitib. 18. 19. & 20. Et propriè dictum solanum plurium generum, vulgatissimum hortense. Math. 4. 66. Dod. 3. 4. 23. Eiq; simillimum solanum halicacabum seu vesicairũ, à folliculo vesicam imitante, vel quoniam vesica, &, calculis prosit appellatum. Offic: alkekengi corrupta Arabum halicacabi voce. Math. ibidem. Dod: 3. 4. 24. Itémq; solanum somniferum ac letale Theophrasti mãdragoras, seu bella dona Italorũ. Math. 4 98 Dod: 34. 26. & 27. & 28. & strychnodendrum solanum arborescens, alio nomine stramonia, vulgò nux methel, seu methella papaveris odore Math: 4. 69. Dod. 3. 4. 23. Quibus jungitur & quam Dod. cyclaminum alteram appellat, Latini dulcamaram, consimili facie, neq; viribus admodum diversis, Dod. 3. 3. 13.

Heliotropium. Solanum hortense Psy̆wino. Halicacabum. Wissnė moiſtá. Somniferum. Lilek Blázowý. Stramonia. Dulcamara. Sladka horka.

Herba paris, sive uva lupina, Diosc: pardalianches putata, est solanum tetraphyllum, folijs ex adverso decussatim compositis. Math: 4. 73. Dod: 3. 4. 15.

Herba paris: Wranj oko.

Mandragora. Mandragora. Mala insana. Aurea mala.

Solanum fructus majoris, item multiplex est: mandragora à Mandris id est locis apricis Graeca voce dicta. Math. 4 61. Dod. 3. 4. 29. Et eiusdem generis mala insana, seu letalia. Math. ibidem Dod. 3. 4 31. ad haec poma amoris Dios. ut apparet glaucium à glaucomate, cui succo suo medetur, appellatum. Dod. 3 4. 30.

Neq; pauciora papaveraceorum, quorum fructus vasculo aut siliqua continetur, genera, ac prima hyoscymus & propriè dictum papaver.

Hyoscyamus. Blén.

Hyoscyamum id est suillàm fabam dixêre, quòd fatido ac viroso halitu animantium cerebra impleta opprimat, sues quoq; esum prosternat ac resolvat. Hominis mentem quasi Apollinis oestro concitat, unde Apollinaris, & altercus ab altercando dicta. Math. 4.64. Dod. 34. 22.

Nicotiana. Tabač.

Similis quam Galli nicotianam sive sanam sanctam appellant, ex India primùm allata, jam communis, symphyti majoris figura & virium magna cognatione, sed propior hyoscyamo luteo floribus & semine. Dod. 3. 4. 2..

Papaver ipsum à flore, uno ex ijs, quae mirando non satiamur, nomē traxit, id enim adverbium pape unde deductum est, significat. Succus radicis, sylvestris praesertim generis, purpureo & subatro colore manus tingit, flos ut multarum aliarum, ad afflatum venti aperitur, & hiat, citissimeq; defluit & dissipatur.

Ex eo, aliud vasculo seu capsula rotundiore constat anemone, & alterum genus ab ea non nihil diversum aliud cornuta.

Anemone vulgò herba venti, à vento dicta, quia primo quoq; venti afflatu flores pandat ac reseret, vel (quòd est peculiare) quia florem celerrimè amittat, sive sponte sive cum aura.

Pulsatilla. Koniklec. Anemone. Kužička aneb mak polský.

Estq; duorum generum pulsatilla, anemone sylvestris, pilosior, cujus compti atq; tremuli seminis pappi levissimo venti afflatu hinc inde pulsantur atq; impelluntur. Math. 2. 172. Dod. 3.4.6. et propriè dicta anemone. Dod. 3. 4. 7.

Aliud

Aliud genus papaveris capitati ab anemone
diversum, quod κώδιον (ut loquitur Diosc:) id est summo capite capulum Rhœas.
calyculúmve erectum punici mali modo habet. *Quod sylvestre* Mák pole-
est ῥοιας *à conditione fluxa floris, quem, ut anemo-* ný.
ne, celerrimè amittit, dicitur. Math. 4. 59. Dod. 3. 4. 17. *Cuius*
species est & argemone, argemas & nubeculas vi-
sus depellens, & inde nomen.

Hortense verò quod in hortis nascitur, Græcis Papaver
μήκων, παρὰ τὸ μὴ κονεῖν, *quia usu ejus membra torpent, succum lacte-* hortēse.
um habet. Qua de causa lactuca aliquibus propius & adjunctius visum. Mák zah-
Et Gale: lib. 2. de loc. aff. lactucæ species quadam atra & amara, ob la- radný.
ctis soporiferi copiam μηκωνὶς *vocatur. Situs in hortis, maritimus præ-*
sertim, aut afflatu maritimo obnoxiis; communis, sed melior calidarum
regionum, ut apud Turcas Mauros & Persas: Folium hortensis scariola,
fructus caput seu vasculum rotundum alsâs solidum alsâs foraminulis
pervium & patulum, qua & semen prolabatur. A semine quoq; differen-
tia duplex, albi & nigri papaveris hortensis. *Omnium horum*
rursum genera duo, sylvestre et sponte nascens, capi- Sylvestre
te pusillo et oblongo, aut sativum capite rotundiore. Sativum

Opium est sativi succus, liquorve gummeus, Opium.
scapo inciso genitus. κατ᾽ ἐξοχὴν ὀπὸν *sive* ὄπιον *appellant, tanquam* Mízza ne-
ad stupefaciendum placandósq; dolores valentissimum, sapore perquam bo mléko
amaro, odore vehementi, ut syncerum perpeti non sit, gustu acri, & fau- Makowe.
ces quadamtenus accendente, luminibus objectum flagrat. Quidam op-
timè servari putant hyoscyami semine adjecto, alij in faba. Hodieq;
opium è Syria & Alexandria è papavere hortensi sativo nigro Venetum
habent officinæ purum, & ut aloë pellucidũ, idem glutinosum, lacteum, a-
crimonia & amarore insigni. Habent & aliud deterius ac nigrius.

Meconium verò vocatur succus ejusdem hor- Meconi-
tensis sativi papaveris præsertim nigri è foliis contusis expressus. Diosc. 4. um.
110. Dod. 3. 4. 16. Papaver

Papaveris capitati diximus genera, & cor- cornicu-
niculati alia promisimus, cujus situs & natales sunt squalida maritima latum.
sive Oceani, seu maris mediterranei, folium rhadii divisura, siliqua cornu- Mák ruže-
ta leucoij. Math. 4. 111. Dod. 3. 4. 18. kowatý.

Ingens poſt papaveracea turba ranalium, id eſt in ranæ natantis modum extenſorum, ranæ quoq; colore luteo herbido permixto. Genera prima à fœtus figura duo, rotundum, et geranium. Rotundi à folio totidem, ſiquidem aliud conſtat folio ſimpliciori, aliud compoſito. Simplicius quoq; craſsiore & ſolidiore, aut minutiore & lacinioſo.

Ranacea planta rotunda folio ſimpliciori, & minus laciniato duplex eſt unicolor, aut maculoſa. Unicoloris genera item duo, paluſtre, & ſtrumoſum.

Caltha paluſtris. Nymphæa. Lekno a neb Stulik.

Paluſtre, caltha aquatilis Dod. 4. 5. 21. et nymphæa ſeu lymphæa id eſt aquatica, cui ſitus in udis ſummis aquis innatanti, folium rotundũ, peramplũ. Duo eius genera obſervantur, unum minus flore luteo, alterum majus, alba nymphæa. Math: 3. 131. Dod. 4. 5 5.

Ranæ morſus.

Eſt & alia nymphæa puſilla, propriè ranæ morſus apellata, floſculo lacteo & luteolo. Dod. 4. 5. 3.

Tribul⁹ aquaticus. Wodnj wořech aneb Kaſſtan.

Eſt & ſimilis nymphææ tribulus aquaticus, cui fructus nuces caſtanéave muricatæ, ut plurimùm ternis, ſæpè quaternis mucronibus. Math: 4 14. Dod. 4. 5. 1.

Chelidonium minus. Celidonya menſſj. Saxifra-

Ex eodẽ genere ſequitur, radice ſtrumoſa, et bulbis velut granulis triticeis appenſis referta: Chelidonium videlicet minus, cui ortus ineunte vere Chelidonijs ad nos remeantibus, facies tota calthæ paluſtris, ſed in univerſum minor. Math. 2. 177. Dod. 1. 2. 3. Et ſaxifraga alba chelidonides. Propagatur radicis granis, & inde vulgi error grana ea pro ſemine habentis. Math. 4. 15. Dod. 2 5. 22.

Sequitur maculoſum genus, radice bulbacea

gladioli

gladioli aut hyacinthi, catero maculosum, ut orchis, folio liris venulisve distincto, fatu racemoso. Duo eius genera, arum & Dracontium.

ga alba.
Lomikas men.

Arum minus & simplicius est, ab ornamento *Aaronis Pontificis (ut palam est) cognominatũ. Math. 2.162. Dod. 3. 15.*

Arum.
Aron / aneb Aroe nowa Brada.

Arisarum aro congener esse nomen imprimis *& argumenta formæ docent. Sed distat acrimonia vegetiore, & magnitudine. Nostrâ quidem memoriâ notum, multo minus est, & folio rotundius. Math. 2. 163. Dod. 3. 1. 8.*

Arisarũ.

Dracontium sive anguina, magnæ cum aro si*militudinis & litu. Caulis eius extima cute maculis fuscis plane anguinum exuvium refert.* Estq; aliud aquaticum radice harũ*dinacea: aliud terrestre folio lacinioso. Math. 2. 16. Dod. 3. 1. 6*

Dracunculus.
Dáblik anebo gesstěr.

Et de ranacea planta folio simpliciori craßiore et minus lacinioso hæc: jungitur ei minutior et profundiùs scissa ac lacinioſa, ranunculus, & aconitum.

Ranunculus ranis debet nomen, ut potè ijsdem palustribus nascens, & præter cæteras consimili colore, & figura.

Ranunculus.
Pryſtinec

Genera multo plura, quàm à priscis memoriæ *mandata, quæ Dioscoridi tractantur lib. 5. cap. 171. Dodonao. 3. 4. capitibus. 1. 2. 3. 4. 5.*

Aconitum simillimum est ranunculo, neq; ali*ud quàm ranunculus venenatus. Aliqui ex eo vocatũ putant, quòd in cautibus quas Græci ἀκόνας vocant nascitur: vel quoniam vim eam in morte habeat, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam inest, statimq; admota velocitas sentiatur. Aptior est nominis interpretatio, quòd eo spiculũ Græcis ἄκων dictum à venatoribus ad accelerandam perniciem affricari & subigi sit solitum. Math. 4. 72. Dod. 3. 4. capitibus. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

Aconitũ
Womeg.

De ranaceis folio simpliciori dictum hactenus, com-

nus, composito verò & multiplici nascentia differunt primùm magnitudine. Minora enim & humiliora sunt quinquefolium & heptaphyllum.

Quiquefolium. Pětilistek

Quinquefolio radix cum aruerit quadrata fit, *Theophrasti quoq; indicio, eáq; nota manifeste differt ab heptaphyllo, folia quina invicem connexa, & inde nomen. Math: 4. 38. Dod. 1. 4. 32.*

Argentina. Střjbrnjk gináč husýmey olo.

Argentina sive potentilla, folio simul & flore quinquefolium repræsentat, sed aversa parte argenteo splendet nitore, unde argentina appellata, sicut potentilla à viribus eximijs ad interiora vulnera & ulcera, dysenterias, calculum & similes affectus. Math: 4. 37. Dod. 4. 5. 23.

Agrimonia. Řjepjček aneb starček.

Agrimonia officinarum, sive eupatorium Græcorum, est argentinæ species cultior, caule anguloso, surrecto, semine lapposo ad vestes adhærescente. Nomen ex argemone depravatum. Nam ita à quibusdam olim falsò vocatam Diosc: autor est. Math. ibidem. Dod. 1. 2. 7.

Heptaphyllon. Natržnjk aneb tržes nékořenj/ gináč krewnj kořen.

Heptaphyllon pentaphyllo simillimum: in sicciora montosa, nemorosáq; loca subit, septena foliorum divisurâ. Alio nomine tormentilla, quia tormentum cruciatúmq; dentium sævißimum placat, & venenorum quorundam vi resistit. Math. 4. 2. Dod. 1. 4. 33.

Fragaria. Jahodnjk.

Fragaria huic similis à fragrantia cúm floris & fructus tùm succi stillatitij fructus præsertim maturi. Math. 4. 38. Dod. 5. 2. 10.

Caryophyllata Benedykt

Similis & caryophyllata, Plinij geum, ut opinãtur, cuius radix caryophyllis spirat suavitatem, folia ad imum alchymillæ, in summo fragariæ triplici divisura, flos quoq; consimilis, & pilula deinde oblonga mordaces scabra hirsutie.

Diapensia sive sanicula Ženykl.

Huic perquam affinis diapensia sive sanicula, folio quina divisura unde diapensia nomen, pilula fragi specie. Neq; enim, quod aiunt, folia propter lineamenta sua adducant nos ut credamus quinquefolij esse speciem. Math. 4. 38. Dod 1. 5. 23.

Sanicula fæmina

Eodem pertinet Sanicula fæmina Fuchsij, Dod Elleborus niger D[illegible]. 3. 2. 30. vulgò Astrantia nigra.

Congen[illegible] diapensiæ alchymilla, ab alchymistarum

rum præconis nomen indepta, vulgo sanicula major, egregijs viribus ad vulnera pollens. Dod. 1. 5. 24.

Fuchsij. Alchymilla. Zausynnjka.

Et de his hactenus: majora verò & crassiora sunt primùm unicaulia staphisagria, et ricinus, deinde elleborus niger, & reliquæ consiligines & elleborastri.

Staphisagria à folij divisura, quâ labruscam sive vitem sylvestrem imitatur nomen traxit. Aliqui pedicularem vocant à pediculis illitu & suffitu suo abigendis. Math: 4. 150. Dod. 3. 2. 10.

Staphis agria. Wssiwec ginak prassiwec.

Ricino semen animalculo cognomini simile nomen dedit. Cervam sive catapuciam majorem appellant officinæ, granum regium Mesue, palmam Christi vulgus propter digitatam effigiem palmam volámve expansis digitis referentem. Math. 4. 158. Dod. 3. 2 11.

Ricinus. Dryak aneb skocec wětssý.

Elleboro nigro altior & sinuosior divisura, flos speciosior, consequentibus siliquis sesamæis. Tres ejus species una propriè elleborus appellata, reliqua consiligines ab alvo cienda. Math. 4. 145. Dod. 3. 2. 29.

Elleborus niger. Ellebor černý. Consiligines.

Proxima juxta & simillima elleboro Pæonia, celeberrimo Apollinis cognomine dicta, sed major, radice tuberosa, & laciniosiore folio. Math: 3. 140. Dod. 2. 1. 32.

Pæonia. Piwoňka.

Est & leontopetalon huius loci, similius & cognatius pæoniæ quàm brassicæ, aut papaveri. Math. 3: 94. Dod. 1. 3. 17.

Leontopetalon.

Ranaceis fœtu rotundo subjungendum est geranium, quod siliqua acuta gruini rostrati capitis similitudinem repræsentat. Math: 3. 114. Dod. 1. 3. 8.

Geraniũ. Czapjnussek.

Ejusdẽ generis sũt fumaria et chelidoniũ majus.

Fumaria. Polnj ruta.

Fumariæ seu fumidæ, minori & exiliori, vis lacrymosa nomen imposuit, quia oculis illita non secus ac fumus vellicando lacrymas exprimit. Math: 4. 105. Dod. 1. 3. 4.

Pecten quoq; veneris fumariam non modo gustu et folijs, sed et usu repræsẽtat. Math. 2 152. Dod. 5. 4. 11.

Pecten Veneris.

Alia fumaria radicè rotunda, duorum gene-

Fabacea radice, capnos altera. *rum, fabacea radice capnos.* Dod. 3. 1 4. *Et radix cava* herbariorū, sive bulbos; fumaria Plinij. Math. 4. 105. Dod. ibidem.

Radix cava. Chelidoniū majus. Celidonya wetſſi. *Proximū & simillimum fumariæ chelidonium,* sive hirundinaria major. Nascitur ut minor adventu hirundinum, discessu marcescit, hac hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. Math. 2. 176. Dod. 1. 2. 29.

Aquileia. Worlſſček. *Alterum ejus genus aquilina seu aquileia privatim* dicta, foliorum omniumq; adeo partium facie par, sed majus, satu flore purpureo speciosissimo, & corniculis reflexu quadruplicib⁹. Math ibidem. Dod. 2. 1. 23.

De malvæ generibus, cap. XV.

Et abundè hactenus sit attigisse papaveracea, restat malva Græcis μαλάχη lætiore natura, radice mucaginosa, caulis atq; foliorū incana superficie, à mollitie, vel ab emolliēdo ventre cognominata. *Duo ejus genera, sylvestris minor, & sativa.*

Malva. Slez zahradnj. *Sylvestris item communiter malva dicta, aut sui nominis.*

Malva generis nomine appellata, alia est vulgaris & recta, alia crispa, oris crispatis. Math. 2. 111. Dod. 5. 1. 28.

Malva sylvestris sui nominis est althæa, aut alcea.

Althæa. Wyſoký Slez. *Althæa quasi dicas medica, aut medicatrix,* lanuginosior ac major est, ab excellentia effectum nominata. Græci enim ἀλθαίνειν mederi, & ἀλθὴς remedium dicunt. Iidem ἰβίσκον & ἐβίσκον, officina quoq; bis malvam apellavit. Math. 3 146. Dod. 5. 1 29.

Abutilō. *Abutilon Avicennæ sive ibiscus Theophrasti* est althea species floris lutei. Dod. 5. 1. 30.

Alcea. Slez polnj. *Alcea veò est malva sylvestris sui nominis* profunciùs incisa, & laciniosior, dicta quasi cæteris robustior, & efficacior. Ἀλκὴ enim robur & præsidium significat.

Vulgaris *Genera duo alcea vulgaris quàm aliqui cannabī*

sylvestrem

sylvestrem vocāt, è cujus corticè cānabino persimili funes factitant. Math. 3. 147. Dod. 5. 1. 31. Et alcea vesicaria, seu solissequa, cujus species est Sabdaripha appellata. Dod. 5. 1. 32.

Vesicaria. Sabdaripha.

Malvaceo generi adscribendum & gossipium sive Xylon, exoticum Arabiæ, & jam Europæ mediterranei maris; folio alceæ sed molliore, minore, & incano: flore luteo, nucula, aut potius malo exiguo barbato radiatim biante, cúmq; inaruerit, bombace intus referto, complexa semen grandiusculum oblongum, & medulla alba ac oleaginosa plenum. Math. 2. 96. Dod. 1. 3. 13.

Gossipium sive xylon. Bawlna.

De sarmentosis plantis, cap. XVI.

Plantarum enervicaulium quas rigentes seu stātes & surrectas appellavimus, per se nitentium in in auras natura indicata: Protinus ad enervicaules flexistipites seu sarmentarias transire convenit. Est autem sarmentum propriè virga inutilis à vite abscissa, à sarriendo id est purgando appellata, verùm hoc in loco generatim pro omni virgulto viticeo sumitur.

Sarmentum. Rywi.

Duo eorum genera prima, spißiore & constrictiore naturâ, aut cucumerinum seu sicya.

Spißiori & contractiori folium solani, aut ranunculorum adeò simile, ut aliquādo dubitationem afferat utrò sit annumerandum: genera totidem flexilius & lentius, aut clematis. Flexilius atq; longius sed minus ramosum, in fructu differentiam præcipuam habet quando aliud est asperius & vitæ minus idoneum, aliud vitis. Asperiùs et squalidius, item duplex est, hederaceum aut volubilis. Hederaceum ab hærendo nomen accepit, quod serpat & hæreat semper, sequendo quicquid proximum est, folio rotundiore. Species ejus duæ, viola martia, & ipsa hedera.

Violæ martiæ quidam ab Io vacca fabulosa, nomen datum existimant, verius à proventu in quo maturat, ut cætera viola

Viola martia.

Brunatna fiola.

& à mense Martio. *Plures habet differentias, quoniam* alias solo ferè folio in caulicula oblongis nascitur, eáq; siliquosa, & prægnans semine albo, aut si flos cultus luxuriâ exuberet, sine semine. Math. 4.117. Dod. 2.1.1. *Alias solum convenientius nacta* frutescit, folio oblongiore serrato, Dodonæo viola tricolor. 2.1.2. Distat hac caulicula surrectu, aut humi procũbentibus, quam Euschius trinitatis herbam ob triplicem floris colorem, Math: Iaceam sive florem trinitatis 4.117. appellant.

Viola tricolor, Iacea. Trogice.

*Hedera ipsa rigentioris naturæ duplex est, chamæcissus, & major, hedera propriè dicta. Chamæcissus id est humilis hedera passim juxta fossas et cul*ta humi serpit, unde & terrestris appellatur, flore lagenulæ simili, candidiore. Math. 4.121. Dod. 3.3.4.

Chamæcissus. Poponec.

Simillimum ei asarum, semper virens, quod Plinius dictum putat, quia coronis, id est scopis lustralibus, quales fiebant è verbena, verbasco, & similibus, insitatum fuerit, *itémq; asarina seu saxatilis hedera: quibus proxima & soldanella* seu braßica marina, cum salsedine nascens, acredine quadam conjunctâ, mucaginea, folio asari minore craßiore, & ut semel dicamus convolvulus seu potiùs chamæcissus marinus. Math. 2.115. Dod. 3.3.5.

Asarum. Kopytnik. Asarina. Soldanella. Mořſtěʒelij.

*Cyclamini à superiori chamæcisso facile discri*men, non modo folio, sed & à radice rotundâ, unde & nomen. Math: 2.153. Dod. 3.2.13.

Cyclamē Swinſkÿ wořech.

Eodem pertinet aristolochia, radice similiter bulbacea, & folio circinnato, flore concavo: ab effectu, quasi ἀρίστη ταῖς λοχέιαις nuncupata. Math: 3.4 Dod. 3.1.4. &c.

Aristolochia. Podražec.

Hederam ipsā Græcis κίσσον *à puero Citto saltan*te, in hederam à Baccho converso nominatam fabulantur, veriùs ἀπὸ τοῦ κίος id est gurgulione verme, à quo terebratis & erosis frumentis similem texturam, similibusq; poris ac spiramentis perviam, qua & vinum transfluat remanente aqua, si qua mixta fuerit, habet. Latini hederam sive ederam appellant, quia parietes edit atq; consumit brachijs radicosis. Corymbus autem propriè est hedera botrys sive racemus in orbem circumactus. Math. 2.175. Dod. 3.3.25.

Hedera. Břečtan. Corymbus.

Hactenus

Hactenus de hederaceis folio rotundiore, nunc revertemur ad volubilem id est sarmentosum genus spißius idem squalidius ac sylvestrius, quod circum alia volvitur, folio anguloso, alio nomine convolvulum & smilacem appellatum.

Plurima & inter se maximè distantia ejus genera, prima, smilax aspera, & lævis.

Smilax aspera horridis aduncisq; spinis rubi ritu armatur, situs montosi & clivosi, exotici fervidiorum tractuum. Math. 139. Dod. 3. 3. 9. Smilax aspera. Swlacčč ostrý.

Salsa parilla est smilacis asperæ species ex America provincia Peru ut nomen docet. Zarza siquidem Hispanis Castellanis rubus, parra vitis, parilla viticula est. Radici prima laus plena solidaq;, intus candida, & in aquas partes per longitudinem scindi facili: Deterior strigosa, & gracilis, nigráq;. Salsa parilla.

Smilax lævis, quæ sine spinis est, lacte manans dividitur in alias species, quoniam est alia flore lagenulæ seu campanulæ, alia helxine cissampelos: florémq; campanulæ ferentium, alij triquetrum foliũ, ut scãmonio, & propriè dicto smilaci seu convolvulo, alij scissum & ex pluribus angulis compositum.

Scãmonium est convolvulus lactarius peregrinus, radice crassa medicina multis partib⁹ utilißima. Primùm enim succũ ejusdẽ dat nominis. Colligitur succatione, desecto capite, radicéq; in testudinis speciẽ cultro excavatâ, quò confluat, & unde spissatus cõcretúsq; eximatur. Ea de causa scãmonium ἀπὸ τοῦ σκάπτειν id est à fodiendo appellant. Ad nos syncera scammonia adferri desijt, at ejus loco adulterata aliquo vehementiori succo, adjecto farina, & colophonia resina momento: cujus probatio, si non admodum ferveat ore, non multum virus redoleat, nec nimis tenax sit terendo. Diagridion autem est scamonea in cotoneo malo decocta, quasi δακρύδιον id est lacrymula. Math: 4. 165. Dod. 3 3. 1. Scãmonea, Scãmoneum. Diagridion.

At radix ipsa, foris pulla, candida intus carne, medullam habet

Turbit.

eandem cum radice communioris & probatioris seu Alexandrini & Veneti turbit officinarum. Turbit autem aliqui interpretantur medicamentum phlegmagogum vehementius quasi turbatorium, ut turbit cinereum à colore appellatum thapsia vulgaris radix est &c. Quare scammonia radix hec turbit synecdoche species pro genere dicetur.

Smilax lævis seu convolvulus propriè dictus, communis, exilior & mollior est, radice pauciorum lactu, tenuiore, & flexuosa. duorum & ipse generum major, & minor. Math. 4. 140. Dod. 3. 3. 2. & 3.

Convolvulus cæruleus.

Multangularis seu cæruleus cõvolvulus, folio ternis angulis deviatur, flore quinis, colore lasureo seu caruleo. Dod. 3.3.7.

Helxine cissampelos. Swlacec menssst.

At è cõtrario helxine cissampelos, quæ frequẽtibus amplexibus vites arripit, ut cassytha, unde & nomen, florem racematim compositum a triplicis, ut & folium, habet. Dod. 3. 3. 6.

Reliqua sunt sarmentitia contractiora & rigidiora quæ vitis nomine donantur, ampliora et laxiora, ut bryonia, & vitis vinifera.

Bryonia. Posed.

Bryonia à pullulando nomen sortitur, quia latè pullulat et exaltatur vicina quæq; ascendens. Duo ejus prima genera, magnitudine, figura, teneritudine & efficacia ferè paria, vitis sive bryonia sylvestris, sigillũ Mariæ. Math. 4. 175. Dod. 3. 3. 11. & bryonia absolute dicta, duorum generum alba & nigra. Math 4. 176, & 177. Dod. 3. 3. 10.

Vitis sylvestris sive tam. Bryonia alba & nigra.

Mechoacana.

Bryoniæ accensenda est & mechoacana, à natali Insula occiduarum Indiarum Mechoacam nomine appellata, quanquam Dod. scammonij speciem faciat. Dod. 3. 3. 8.

Vitis vinifera. Winný kmen aneb rěwj. Vinum. Wjno.

Vitẽ viniferã facilè fructus omniũ vel princeps non modo utilitate sed & specie, a bryonia discernit. Vinum est vitis succus. Græcis οἶνος ἀπὸ τοῦ οἴνομαι quod imaginari significat, quoniam qui multum vini biberint varia imaginantur, olim πῆλος unde ἄμπελος sive ἔμπηλος vinea quasi viniferax dicta. Latini vitem vocant à vino, hoc autem à vito quod vim inferat menti. Varro vitem à colendo

& quasi invitando ad uvas pariendas deducit. Nota est & fabula de Staphylo pastore, & regibus Oeno ac Baccho, quorum nominibus uvam & vinum appellata referunt. Math. 5. 1. Dod. 3. 3. 26.

Hoc in loco meminisse convenit & aromaticorum fruticum nusquam aptiùs dicendorum amomi, & piperis.

Amomũ

Amomum volubilem fruticem bryoniæ confert Diosc. labrusca Plinius lib: 12. cap. 13. ubi amomi, inquit, uva in usu est. Indica vite labrusca, cuius notitia jam pridem intercidit.

Cardamomum Καρδάμωμον.

Simile ei & nomine & frutice cardamomum veterum, semine oblongo, pro quo nostra memoria in usu est cardamomum siliquosum, triplex, plantarum, ut quidam referunt & gustus approbat, gingiberis generis. Math. 1. 14.

Piperrotundum πέπερι στρογγύλον.

Piper rotundum est planta sarmentaria et scansilis, sive adnitens more vitis, pari cum ea arbore aut pedamento cui advolvitur, magnitudine. Folium ei citri sed aridius & tristius, subtus verquam venosum fructus in racemis seu acinis separatis arboris facie. Estq́; duplex album acrius, & nigrum lævius ac rugosum Math. 2. 153.

Album & nigrũ.

Cubebe.

Cubebe est piper rotundum, in petiolis nascens unde Lusitani piper caudatum vocant. Hoc illud videtur Plinij garyophyllon piperis grani simile, grandius fragiliúsq́; Math. 1. 10.

Nunc expositis sarmentaceorum contractiorum rigidiorũ & enodiorũ generibus, consequens est dicere & clematides à frequentia viticulorum sarmẽtosa cognominatas. Nam κλῆμα palmitẽ seu flagellũ, & virgam viteam Græci vocant.

Genera plura. Est enim alia propriè clematis dicta, alia cõgener. Propriè dicta annua seu tempòralis, aut semper virens. Etiamnum hæ species gustu dividuntur in alias, quoniam alia est minus acris, alia flammula.

Clematis altera Diosc. Barwjs nek Gelseminum. Vitalba. Lupus salictarius Chmel.

Mitis item duplex est, minor flore cæruleo aut purpureo. Math 4 6. Dodonao clematis altera Diosc: 3. 3. 8 cujus ritu pangitur & Gelseminum Mauritan: jasme, quasi viola odora dictum. Math. 1. 66. Dod. 3. 3. 22. Et major ac craßior folio solani hortensis, singulis pediculis quino Math. ibid: Dodonao Vitalba. 3. 3. 15.

Huius genus refert & lupulus salictarius viticulaceus, fronde lata bryonia, sed scabriore, flore foliato, pectinatim composito structili serie. Math. 4. 140. Dod. 3. 3. 21.

Flammula. Plamjé nek ginak Prystenjk. Clematis daphnoides.

Flammula est clematis admota cuti, non secus ac flamma, vesicas crustásq; inurens. Math: 4. 7. Dod. 3. 3. 16.

Clematis daphnoides frondem lauream semper virentem habet, unde & cognomen. Humi se spargens neq; obvia irretiens, & brachiis alicubi ut edera radicosa. Dod. 3. 3. 17.

Consimiles clematidi sunt, periclymenon, et viticulacea siliquosa.

Periclymenon. Kozylist. Xylosteon.

Periclymenon regis Clymeni cognomine nobilitatum, officinis caprifolium, quia circumvolvendo viciniis arboribus & fruticibus hæreat: florem fert oblongum concavum, stamina aliquot emittentem, compositum. Math: 4. 13. Dod. 3. 3. 23.

Simile est Xylosteon à duritie ossea ligni appellatũ, caule surrecto, & quasi stans periclymenon, cremij figura. Dod. 3. 3. 4.

Vinca pervica. Barwjs nek. Periploca.

Viticulaceis siliquosis odor gravis, folium oblongius, & superne quasi apice acutum & mucronatum, flos tenuis candidus, succedente siliqua corniculata. Estq; Asclepias, sive vincetoxicum minus. Dod. 3. 3. 19. aut periploca, seu apocynum, canum venenum, quasi canicida, major & prolixior. Math. 4. 76. Dod. 3. 3. 20.

De cucumere, cap. XVII.

De sarmentaria plãta cõtractiore & rigidiore

satis

ſatis ſuperq; : contexuiſſe huic tempeſtivum ſit ſicyam ſeu cucumerem, id eſt plantam ſarmentitiam pro lixiorem & cartilaginoſam, folio hiſpido & ſcabro, flore liliaceo volubi lis, fru[illegible]u præcumido in bullæ modum. Qua de cauſa in univerſum & promiſcue penè Græci σίκυς; Latini cucumerem vocant, σίζειν enim ſtridere & bullire eſt, & σικύα cucurbita ſeu ſanguiſuga.

Genera ſumma duo, melo, & cucurbita.

Melo quaſi pomoſus, eſt ſicya fructu rotundiore, & pomo non modo ſapore & figura, ſed & uſu, cibiq; ſuavitate ſimillima.

Duo & hujus genera. Unum folio humiliori minuſq; lacinioſo, fructu ſecundum longitudinem canaliculato, & torulis ſulcato. duplex, cucumis, & melo proprie dictus.

Cucumis diſtat fructu minore, teneriore. Differentiæ à fructu duæ, cucumis rotundus, & anguinus.

Rotundus abſolute cucumis appellatus, quidã ē ſylveſtris, multo infra magnitudinem ſativi. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur Elaterium, quaſi exagitans turbanſve alvum, id eſt ſuccus expreſſus è ſemine ejus. Præcipua laus levi neq; põderoſo, ſine aſperitate aut ariditate, albo, & amariſſimo, admotumq; lumen facile concipienti. Nullum ex medicamentis longiori ævo durat, fuitq; jam 200 annis ſervatum, ut Theophr: autor eſt. Dioſcoridi à bimatu ad decennium defectionibus utile. Math. 4.149. Dod. 5. 2. 2. itemq; 3. 2.26. Cucumis ſylveſtris. Elateriũ Migšťa plané tykwice.

Cucumis eſculentus ſive ſativus major eſt, fructu non nihil ſpinula molliuſcula exaſperato. Math. 2. 128. Dod. 5. 2. 1. Cucumis ſativus. Wokurky

Cucumis anguinus flexuoſúſve differt fructu oblongo, & ad anguis ſimilitudinem contorto Math: & Dod. ibidem. Cucumis longus. Wokurky dlauhé.

Melo proprie dictus vulgi, ſive ſicya cucumiſve ſativus antiquorum, proximo congener eſt, ſed fructu majore fulva carnis, mellei ſaporis, corticis durioris. Math: ibidem. Dod. 5. 2. 2.

De cucumere pomoſo humiliori hæc: alterum genus altius ſinuoſius & fruticoſius, fructu plano, neq; torulis ſulcato. duplex eſt, citrullus officinarum à citri luteo colore, ſive Melopepo. Dině a Melauny

Anguria. Angurya. Cucurbita Indica. Turecke zelj. *anguria, & balecha Avicennæ, semine nigro.* Math: ibidem Dod. 5. 2. 3. *& sicyopepones melonésve Indici oblongi sive ovales Math: cucurbita Indica 2. 127.* Dod. 5 2. 4.

Et hactenus de melone, nunc et de colocyntha seu cucurbita, id est, sicya, seu cucumere fructu curvato, & pyri quàm pomi similiore. Ideó Græcis παρὰ τὸ κολορ κύειν, *& Latinis à concurvatu appellatur.*

Colocynthis. Kolocquintyda. *Plura ejus genera, minora quidem colocynthis, id ē cucurbitula, Hippocrati & Aginetæ* σικυώνη *seu cucumerulus appellata, amara, & cathartica* Math: 4. 171. Dod. 5. 2. 3. fig: 3. *Et ejus species quadā fructus pyriformis.* Dod: 5. 2. 7. *Major*

Colocyntha. Tykew. *verò ipsa colocyntha seu cucurbita, plurium generum* Math. 2. 127 Dod. 5. 2. 6.

Balsamina cucumerina. Momortyka. *Est & balsamina cucumerina, similis cucurbitæ, succi utilitate balsamo non inferior, & inde nomen. Elegantia quoq; sui fructúsq; nulli secunda, unde & charantiā dixêre,* Math. 4. 177. Dod. 5. 2. 8.

De palmis, cap: XVIII.

Hæc sunt quæ dixisse hoc in loco conveniat de absolutiori humiliori plantarum genere, quod aliqui minus aptè synecdoche quadam speciei pro genere herbam appellant: reliquum est roboreum solidius & materiæ aptius, quod ut majus, ita sponte obvium non difficile erit noscere. Vulgo falsò arbori nomen imponitur, cum & sæpe cremium sive ignarium fit, & non nunquam in herba modum deficiat, sine ulla speciei naturavé sua mutatione &c.

Duæ ejus species palmaria, & ab hac diversa multiformior.

Euphorbium. *Palmarij sui maximè similis, & pari fere harūdinaceo*

dinaceo nutura, primùm occurrit Euphorbium, spinosum, concavum vulgo Cereũ ab effigie cerei fumalis prælongi appellatum, à Dioscoride perperam inter ferulacea indicatum. Math: 3. 80. Dod. 3. 2. 21.

Euffor-bium. Palma. Palma.

Reliqua species est palmæ, situs terrestris, lævis sabulosiq; uni Iudea concessa. Sunt quidem & in Europa vulgóq; in Italia, sed steriles. Stipes ei erectus & procerus, rami frondésq; omnes in cacumine extensi digitorum humanorum palmave similitudine, quas inde Dactylos id est digitos appellant. In facultate gignendi sexu discretus, neq; nisi bina simul generant, mas in medio hispidus, & fæmina plures circa eum nutantes blandioribus comis, quas afflatu visúq; ipso, & pulvere etiam aut lanugine ac flore de se insperso maritat. Phœnix autem sive phænicobalanus est palmæ fructus, antequam sole coquatur, rubicundus, unde ei juxta & arbori nomen. hinc & phœniceus id est purpureus color. Math. 1. 125. Dod. 6. 3. 27. & 28.

Dactil⁹. Daktyle. Dracoarbor.

Nec inferior, aut à palma dissimilis est natura arbori Draconi vocatæ, cujus lacrymam etiamnum in officinis Draconis sanguinem appellant. Diosc. 5 6?.

Et palmarum nobilissima nux Indica, vastissima arbor, flore & fructu glandis aut ilicis, melonis magnitudine, passim usitato. Math. 1. 141.

Nux Indica.

De coniferis, cap: XIX.

Hæc sint dicta de palmario genere, roboreum seu solidius genus carnosius suiq; dissimilius & multiforme sequitur, item duplex, capillare, & justa folij latitudine.

Agaricus est fugus ac velut apostema (ut inquit Mesue) arboris magnæ putrescentis & jam erosa vetustate. Duo ejus genera, mas gravis densus villosus & niger, qui deterior habetur, & fæmina admodum rara ac porosa substantia, alba ac fragilis, gustanti primo dulcis, mox amara & styptica, eáq; laudatior præsertim à summo, quá longiùs abfuit à trunco arboris.

Agaric⁹. Bylahauba aneb Wyrostlina na stromowĕ.

Roboreumgenus sui dissimilius et multiformius, capillare, cui pro folio capillus & seta est, fructus

conus, quia cogitur in acumen extremum versus.

Duo eius quasi summa genera ponit Dios: pineũ, et piceũ. Pinei, cujus folia sparsa et confusa sunt, genera duo, minus et sylvestrius, aut propriè dicta pinus.

In minori seu sylvestriori eodem odoratiori minima sunt erica, & tamariscus.

Erica Wřes. *Erica sive erice græca interpretatione fit à frangendo seu contundendo, quòd ad funes tundi solita sit, id enim ἐρείκειν significat. Situs squalidi & macilenti, fruticosa. Math. 1. 100. Dod. 6. 2. 6.*

Tamariscus. Tamaryšſt. *Thamariscus ericæ congener est, etiam facultatibus ad splenem, & calculi affectus, sed multo longior. Ἀπὸ τοῦ θαμὰ id est crebro & frequenter, quòd fruticosa sit & copiose proveniat. Eadem causa μυρίκη, quasi μυρίος id est innumera aut infinita dicitur. M: 1. 99. D. 6. 2. 5.*

Glãs ungventaria. *Eodem pertinet & planta sine nomine myricæ similis, fructu celebris. Ea est siliqua forma rotunda glandis modo & triquetra, ungventis expetita. Ea causa balanum sive glandem ungventariam appellant.*

Majora his, nec dissimilis naturæ sunt cyparissina, & cedrina.

Sabina. Klásster ſtá chwogka. *Cyparissini generis prima est sabina notissima de tamarisci folio, sed rigidior, pungens, tetri odoris perpetuifolia, & quasi pumila cupressus. Math: 1. 88. Dod. 6. 5. 6.*

Cupressus. Cyprřiš. *Cupressus Græcis κυπάρισσος simillima sabinæ bacifera ramis & fronde, sed tota major, fructu nucula oblonga. Sunt qui ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας appellatam velint. Math. 1. 86. Dod. 6. 5. 7.*

Santalũ. Sandal. *Santali arboris ipsa facies nõ minus ignota quàm ligna seu phlanges usitata. nec dum ullus itinerum scriptor extitit, qui folij cæterarúmq; partium effigiem proderet. Odore tamen haud prorsus alieno à cupresso intelligitur, eóq; interim referenda. Math. 1, 19.*

Cedrini generis, incorruptæ materiæ, duo sunt, cedrus ipsa, & juniperus.

Cedrus

Cedrus resinæ occasione, quam cremata dat, ut Cedrus. Cedrus.
cætera hujus generis, παρὰ τὸ καίειν & ὕδωρ appellata est. Duorum gene- Cedrus. Cedriss.
ris Oxycedrus Dod. 6. 5.5. & magna cedrus, arboru ãplissima. Dod. 6.5.17.

Juniperus oxycedro similis est, sed minus acuta, Iuniper. Jalowec.
Fætus suos, qui baccæ sunt piperis magnitudine, in triennium proregat, neq; dum maturat novis subinde supervenientibus. Ea de causa quasi semper juniores & novellos fructus pariens appellata est. Math: 1. 87. Dod. 6 5.4.

Et hæc sunt pinea sylvestriora, & minus vulgata, pinus ipsa folium gerit capillamenti modo longum Pinus. Borowice/Sosna
pratenueq;, & quasi comosum in extremu mucrone aculeatum: Conum ampliorem & habitiorem, nucleo compacto esculento, officinæ Pineam vocant. Math: 1. 73. Dod. 65. 12. & 11. Pineæ nuces.

Consimili pino natura & facie est larix, quasi Larix. Dřín.
elegans & jucunda aspectu, Græca interpretatione. Λαρὸς enim gratum sonat, vel a corticis lævitate, παρά τοῦ λα, quod significat λίαν, & ῥίνος quod cutem. Math. 1. 74. Dod. 6. 5 18.

Pavame, vulgo sassafras, est pini genus, è Florida novi orbis provincia. Sassafras

De pineo genere satis sit dictum, reliquum est piceum, cujus folium brevius rigidius & acutius, ex adverso alarum modo ordinatur.

Genera duo, picea, & abies.

Picea nigrior est, picis quadam similitudine. Picea.
Math: 1. 74. Dod. 6. 5. 13. Smrk.

Abies miræ altitudinis planta conifera, eoq; Abies. Gedle.
argumento quasi in cælum abiens appellata est. Materies ei pulcerrima. & navigii trabibus, plurimisq; adeo vitæ operibus utilissima. Ideo abietaria negotia veteres vocârunt, quæ nunc materiaria, & abietarios negotiatores, materiarios. Math: 1. 174. Dod. 6. 5. 16.

Similis etiamnũ est abieti, ne quid prætereatur, Taxus. Tis.
taxus, majori at rariori folio. minus virens gracilisq;, venenata & feralis credita. Παρὰ τοῦ τόξου it est à sagitta succo suo inficienda, & armanda. unde & taxica, seu toxica venena. Math. 4. 75 Dod. 6. 5. 10.

De olea, & lauro, & quæ sunt generis ejusdem, cap. XX.

Ab his robustius carnosius genus, folio latiori tractabimus, cuius à magnitudine differentiæ duæ: unum minus ac humilius, alterum quercinum seu glãdiferum, majus. Minoris & humilioris totidem, oleaginum & laureum. Oleaginum mollius est, flore muscoso, eoq; alias solo, alias adjuncto fructu, bacis nucleosis, & osseis.

Duo et eius genera, unum breviori et rotundiori folio, alterum prolixiori & angustiori.

Totidem & oleagini rotundiori folio, rubus, & cerasus.

Rubum quidam à virgulti rubedine dictum existimant, Græci βάτον quasi ἄβατον id est inaccessum propter spinas nominãt. Rubi plures sunt unus tenerior, breviore & aduca & adnata spina: alter rhamnus. Prior item rubus propriè dictus, aut rosa.

Rubus. Ostružiona. *Rubus propriè dictus sylvestrior & minor est, humistipes. fructu frago simillimo, importuna nocuáq; feracitate omnia repleturus ni resistat cultura. Math. 4. 33. Dod. 6. 1. 1.*

Rubus Idea. Malina. *Rubus Idea est species rubi propriè dicti, in Ida mõte laudatissima, baca purpurea, ex acinulis duplo pene majoribus cõstante. Math. 4. 34. Dod. 6. 1. 2.*

Rosa. Ruže. *Alterum genus rubi contractioris est, in quo rosa nascitur, majus & fruticosius. Nobilitas ei inter flores præcipua, etiam ante lilium, inclytæ Domus Rosenbergicæ in Orbe nostro, non minus auspicatum quàm illustre insigne, ῥόδος παρὰ τὸ ῥεῖν propter eximium odorem, quem affatim fundit, appellata.*

Sylvestris. *Plurima ejus genera· Prima duo sylvestris & sativa. Sylvestri suæ quoq; species, quarum & se-*

runtur

runtur aliquæ: cinnamomea, muschata, lutea, cærulea, sericea.

Rubi similitudinem habet quæ vocatur cynosbatos, quasi canina rubus, major, admodum spinosa, recticaulis, fructu bacca intus lanuginosa, quæ sæpe arborescit, & amplexu arborum vivit. Cynosbatos. Ssipek.

Alia est capparis, quam cynosbaton appellavêre, minor & humicaulis, fructu cognomine oliva, oblongo & nucleoso. Math. 2. 169. Dod. 6. 1. 6. Capparis. Kappary.

Alia est rosa sativa numerosiore folio. Differt colore, alia enim est candida aspectu niveo, alia purpurea saturato colore, alia ex his mista confuse candore & rubore virgineis genis similis, pallida vulgo appellata. Math. 1. 112. Dod. 2. 1 28. Rosa cãdida. Ruže Bjla. Purpurea. Brunatna aneb čerwena. Mixta. Tělna.

Inter genera ruborũ rhamnos appellatur à Græcis ϖαρὰ τῆς ῥάβδος *à virga, seu* παρὰ τὸ ῥάπτειν *ab effectu, ramos spargens rectis aculeis, non ut superiora aduncis & adnatis, estq; propriè rhamnus, quasi sylvestris oleaster, candida, perpetuifolia, fruticosa. Math: 1. 102. Dod. 6. 1. 16. aut annua, ut paliurus & prunus.* Rhamnus. Bodlák.

Paliurus quem rhamnum tertiam faciunt, stipitis præduri est, seminis pinguis & fuliginosi, terni quaternive in siliqua lata folliculari. Math. ibidem. Dod. 6. 1. 17. Paliurus.

Jujube Arabum, paliuro ramo, folio, totoq; adeo senticoso habitu proxima. Flos ei muscosus ut cæteris, fructus pruni dulcis puniceà vel rubellà cute. Græci ζίζυφον *appellant: Theoph: paliurum Africanum. Math. 1. 157. Dod. 6. 3. 16.* Iujube. Juyuba.

Et berberis rhamni generis est, spina & folio eodem, fætu flore muscoso & perpusillis acinis nucleosis racematim pendulis corni effigie, itémq; colore & pene sapore. Aliqui crespinum quasi crenatam spinam, & spinam sanctam appellant. Fuchsius Diosc: oxyacantham. Dod. 6. 1. 10. Berberis. Dračac aneb Dřištal.

Et rhãni genera ãnua ãgustiora et cõtractiora sũt hæc: Prunus firmior & fruticosior à fructu puniceo Prunus. Sliwa aneb trnka.

prunæ

prunæ id est carbonis ardentis & urentis simili, nomē traxit. Qui sylvestris tātū est passi agros sepit, aut sepes munit pusillo fructu. Differentia enim ejus duplex, minor & horridior fructu minore & acerbiore, & latior, quæ transplantatione & insertione transit in domesticam & proceram. Math. 1. 137. Dod. 6. 3. 14.

Sebesten Sſwestka Zamorſka.

Sebesten officinar. Æginetæ myxa, est prunus folio latiore, fructu myxo appellato jujubis non absimili, atro, viscidiore et mucosiore. quare myxa sive myxaria appellant. Dod. 6. 3. 15.

Armeniaca. Meruňka

Præterea armeniaca malus pruni quàm persici similior est, à patria Armenia, unde primùm migravit nominata. Math. 1. 131. Dod. 6. 3. 7.

Spina infectoria. Ržeſſetlak

Pruni facie etiamnum aliud genus, rhamnus catharticus sive spina infectoria. Similis enim est pruni sylvestris, & spinæ duntaxat ac ramo acuto non nihil rhamnum refert. Math. 1. 102. Dod. 6 1 18.

Succedit rubo cerasus, duorum generum cornus, aut propria ejus nominis.

Cornus. Dřínko wystrom.

Cornus à stipitis cornea duritie appellata, fructu oblongo, intus nucleo osseo aliàs cremij aliàs arborū figura. Math. 1. 235. Dod. 6 3. 11.

Virga sangvinea.

Virga sangvinea est cornus humilior, & sylvestris, vel ut Theophrastus inquit θηλικρανία id est corn⁹ fæmina. Dod. 6 2. 23

Swjdina. Cerasus. Wiſſné.

Cerasus à Cerunte oppido, unde primùm advecta est, appellatur, multiplicis usus & vulgatior, quàm ut pluribus indicanda sit. Math. 1. 129. Dod. 6. 3. 17.

Lotus arbor.

Inter cerasa reponenda est & lotus arbor, miræ proceritatis, svavi fructu jujubarum nucleolo. Math. 11. 134. Dod. 6. 4. 24.

Et oleagini generis breviore folio sunt hæc: restāt prolixiora, semper frondentia, spissiora & contractiora quidem ligustrum, & olea: latiora & crassiora reliqua, salicea.

Liguſtrū Pſtačžoß.

Ligustrum quasi legustrum, Græcis cyperus à spe

ciosa

ciosa florum fetura, κυπαρίζειν enim florere dicunt, semper virente fronde olea. Math. 1. 108 Dod. 6. 2. 13.

Olea à Græcis nomen traxit, qui ἐλαίαν appellãt ab Hellade. *Nam ut in fabulis est contentione orta, inter Neptunum & Minervam de denominanais Athenis, Minerva hanc fudit & ἐλλην primùm vocavit. Oliva autem propriè est olea fructus: cuius & partium peculiaria sunt nomina olea, amurca, caro, nucleus &c. Math. 1. 123. Dod. 6. 3 29.* Olea. Oljwa.

Phillerea, quasi φιλελαία id est oleæ amica dicitur, *ut cujus non modo socia, sed etiam similis sit, ut ab oleastro quo cum frequẽs invenitur, nihil pene distare videatur. Math. 1. 105. Dod. 6. 2. 13.* Phillyrea.

Jam verò oleagina prolixiora, crassiori fronde sunt salix, & persica.

Salix ut Latinis à saliendo, ita Græcis ἴτεα παρὰ τὸ ἰέναι nomen accepit, *quòd vel sata vel casu terræ depacta statim salit ac provenit. Flos ei iulus seu amentũ lanuginosum, &c. M. 1. 117 Dod. 6 4. 21.* Salix. Wrba.

Vitex est salix humilior, aliqui marinam aut *Amineam salicem, & piper agreste vocant, alii ἐλαίαγνον sive castam, ab effectu Venerem cohibentis. Math. 1. 116. Dod. 6. 2 12.* Vitex. Mořská wrbà/ Ðemek as neb Abrahamůw strom.

Persica frondem salicis habet, florem foliatum, *pomum intus osse labyrintheo alveolis sculpto, nucleo amaro, foris catne sublutea pubescente, à Persis genus & nomen deducens. Dod. 6. 3. 6.* Persica. Brěstew.

Amygdalus facie & fronde par persico, proceri- *or tamen, & fruticosior. παρὰ τὸ ἐμπεσεῖν μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερ εἰς ἀμυχὰς ἐνδυ πολλάς. Math. 1. 139. Dod. 6. 3. 8.* Amygdalus. Mandlo wý strom.

Congener huic myrobalanus mediã quandam na- *turam inter oleam & prunum sortitus, quasi glans ungventaria dictus, tametsi fructum neq; glandem, nec ungventis aptum ferat. Diosc. 4. 154.* Myrobalanus.

Congener & thamarindus id est palmula aut dactylus Indica, folio saligno, minutim inciso. Thamarindus.

Amygdalo subijcienda persicaria nucis myri- *stice arbor, fructu triplici cortice munito, medio macere appellato. Math: 1. 112.* Nux muschata. Ausfa Muškatowá.

Absoluto oleagino genere, sequitur natura ri-

gentioris et nitidioris, cujus differentia prima myrtacei & laurei. Myrtacea solidiorem naturam & folium rotundum habet. Ejus generis sunt, myrtus, & buxus. Myrti duo genera vaccinium, & propriè dicta myrtus.

Vaccinium. Czerné yahody.

Vaccinium Herbariorum protinus aspectu myrtum aut ruscum refert, sed tota minor est, folio rotundiore, & molliore, inde & myrtillum vocant. Estq; duplex palustre aut montosum, quod Idea radici Diosc: respondet. Differentia & hujus à fructu duplex rubri, & nigri. Dod. 6. 2. capitibus 9. 7. & 8.

Myrtus. Myrtus.

Myrtus ut quidam volũt ab odore myrrhæ quadantenus amulo nomen invenit, bacca nigricans succum vini fundit. Math: 1. 128. Dod. 6. 2. 11.

Myrrha. Mirrha.

Myrrha ipsa lacrymam dat sui nominis excrementorum nobilissimam, quam ob causam myrrha quasi suaviter & odorè fluens unguentariáq; appellata est. Substantia corpori solida, spina multa, rigida, crassiuscula, cortex durus, & nigricans. Diosc: 1. 67.

Bdelliũ. Bdellium

Bdellium lacryma, naturâ effectúq; adeò simile myrrha est, ut vel ex eadem vel certè non admodum diversa planta colligi credatur, vehementioris & ingrati odoris, unde bdelliũ, quasi olidum putridúmve appellatur. Diosc: 1. 69.

Myrto jungenda sunt & malus punica, ac evonymos.

Malus punica. Granatowé aneb Zrnaté yablko.

Malus punica, rhamni spinas habet. Græcis ῥόα à balaustij & acinorum (ut apparet) roseo colore, pulcerrima apud Panos, unde & nomen nacta est, aliquando figurâ arbuscula, myrti rotundiore fronde. Math. 1. 127. Dod. 6. 2. 5.

Evonymos. Brslen.

Evonymos nomine solo fausta & felix, effectu venenata, materia polita, & ad carnes laridu ligulis transfigendas aptissima, ideo aliqui lardariam vocant. ramo, folio, reliquáq; facie mali punica, fructu folliculo coriaceo quadrangulo. Dod. 6. 2. 24.

Pyxacan

Buxus folio & bacula simillima myrto, Græci πύξον παρὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου appellant. Estq; duplex pyxacãtha

tha buxus spinosus seu spina buxea. Alio nomine Lycium à succo suo liquatione & decoctione collecto, qui ex Lycia advehebatur. & officinarum non minus gravis quàm falsus error periclymeni succum pro eo substituentium. Math: 1. 114. Dod. 6. 1. 19. Alterum genus buxus propriè *appellatum, lave. Dod. 6. 2. 22.*

Buxus. Pusspan.

Guaicum inter buxea intelligitur, ut pote mate*rie gravissima in aqua subsidente, praeterea nigerrima, odoris grati, adstringẽs, pingve, & in summa laudatissimum quod nigerrimum, & pingvissimũ. Folium aliqui tradunt mali granati, alij arbuti, aut ilicis, fructum rotundum, neq; adeò magnum, figuram arbor[illegible]ocera speciosaq;.*

Guajacũ Francauzowé dřewo.

Similis ei et haud dubie congener ebenus, itémq; *agallochum sive lignũ aloes, tanquam ejusdẽ loci & succi pingvis, & in summa natura, svavissimi odoris. Math. 1. 21.*

Ebenus. Eben. Agallochum. Ragstě dřewo.

Myrtea quidem ita se habent, restant laurini generis laurus ipsa, & malus. Lauri multæ speci*es. Minima duæ, una angustiori fronde inter tithymalos & genus hoc ambigens, altera nerium.* Prior etiamnum in alias dividitur, quoniam alia oblõgiori folio et oleæ ꝓpiori, alia lauro conjunctior. Lauriolea rursum duplex est, thymælea & chamælea.

Thymælea frequentior & notior, dicta quasi ti*thymalia, id est, ex tithymalo & olea mixta natura. Gnidium autem granum, est ejus fructus racematim cohærens & condensus. Dod. 3. 2. 7.*

Thymælea. Wlčiluko mensſý / horný pepř.

Chamæleam, mezereon Arabum, simillimam o*leæ nomen docet. Granum priori simile promit, osiculo praeduro lignoso tricompositum, inde & tricoccos appellata.*

Chamælea.

His cognatæ sunt peopriè humilauri appellatæ chamædaphne id est, pusilla laurus Dodonæo chamæ*lea Germanica Dod. 3. 2. 5.* & daphnoides sive lanreola. *Dod. 3. 2. 9.*

Chamædaphne. Wlčí lyko wětſſý.

Nerio (νήριον) à Nereidibus nymphis nomen indi*tum apparet, estq; lauri species minor, latiori fronde, fetu roseo. Hinc aliqui rhododendron quasi roseam laurum vocant. Math. 4. 77. Dod. 6. 5. 8.*

Nerium.

Laurus. Bobkowý ſtrom.

Laurus ipſa igni inimica, quem & accenſa manifeſtè crepitu abdicat, inde Daphne dicta, perpetuifolia. Math: 190. Dod. 6. 5. 1.

Tinus.

Tinus ſylveſtris laurus habetur, diſtat colore. Eſt enim ei cærulea bacca. Dod. 6. 5. 2.

Caſsia.

Eſt & caßia ſive canella lauri ſpecies odoratior Quidam minus conſentaneè tradunt ſolo diſtare, cætera eandem eſſe cum lauro. Cortex æſtu finditur atq, abſiſtit, idcirco in ſuo orbe cau nama vocatur. Cau námq, [illegible]gnum ſignificat, nama dulce, unde cinamomum. Decerptus menſe per[illegible]tur. Dioſc: optimo ſtatuit nigrum ſive ſubcineritium colorem, carnem venoſam, ſaporem acutum & mordacem, non ſine aliqua ſalſedine, lentam fragilitatem, pulvere conſurcto, lævem ſuperficiem. Duæ ejus ſpecies quas Plinni: & Galenus vel variarũ arborum eaſdem vel ejuſdem arboris varias partes eſſe ſtatuunt ceu nequeant eſſe & ejuſdem arboris ætate variantis, & eædem partes.

Caſsia lignea. Caſſya drewenna. Cinnamomum Skořice.

Vulgo caßiam ligneam, craßiorẽ nimirum, et ex vetuſtioribus virgultis decerptam: & cĩnamomum, tenerioris virgulti corticẽ appellant. Math. 1. 12. Dod. 1. 5. 19.

Caryophylon. Hřebíček. Anthophyllum

Caryophyllon arbor proditur buxeo caudice, cortice olea, folio lauri ſive cinnamomi: florem oblongum criſtato capite ſtellæ modo initio viridem, poſtea albeſcentem tum flaveſcentem producere, poſtremo excreſcentem in fructũ tumidum intus oſſeum bipartitum buxeo colore, corio nigro anthophyllum vocant apotheca, confertum & umbellatum denũm & vicenũm in cacumine ramorum. Math: 2. 163. Dod. 1. 5. 19.

Ab his locum cognatione vendicant carnoſioris generis arbutus, & malus.

Arbutus planá yaſbloň.

Arbuto frons lauri, pomũ aceroſum, compactis partibus edendóq, guttur exaſperans, unde fortè comaros dicta, alio nomine unedo, quia vix ſinguli fructus edi poſſunt.

Malus Græce μῆλ⊙ ἀπὸ τοῦ μέλομαι *haud dubie, planta eſt lauri fronde craſſa, carnoſißimo fructu duorum generum cedrus, aut malus vulgaris.*

Malus citria. Cytrynowa yabłõ.

Cedrus ſive citria malus à perennitate, & divina odoris fragrantia nomen duxit. Nota eſt enim natura cedri arboris nec

nec non cythium libamen. Patria laudatißima Media, unde medica quoq; appellata est, rami paßim senticosi, frons perennis juxta & fatus.

Genera prima duo, unum planè fronde lauri, sed latiori nec pinnata. Distat et hæc fructus figura, oblongior est limonia, & propriè dicta medica seu citria malus. Math: 1. 131. Dod. 6. 3. 2. è contrario Assyria amplore & rotundiore fructu, cui nomen Adami pomi imponunt, quasi primis mortalium contra Dei mandatum decerpto. Dod. 6. 3. 2. Limonia Limony. Citria. Cytrynowa yablka. Assyria.

Alterum genus citrij est malus arantia, fronde non omnino lauri, sed veluti geminata pinnatim divisa, superne non nihil angustiore quàm lauri. Math: ibid: Dod. 6. 3. 2. Aurãtia. Pomorancž.

Cedrum diximus: reliqua est malus communis, duorum & ipsa generum Cydonia, aut privatim dicta malus.

Cytonia à pomi orbiculata circinnatáq; figura nomen nacta est, lanugine tomentóq; incano pubescens. Vocatur & Cydonia à Cydone insigni Creta oppido, unde primùm advecta est. Math. 1. 131. Dod. 6. 3. 5. Cytonia Kdaule.

Simillima ei Styrax arbor, à liquore suo quasi stiriatim manante appellata. Succus Venetias defertur purißimus, eximie odoratus, & in glebas concretus ammoniaci modo: Baccifera. Math. 1. 168. Styrax. Styrax.

Cotoneo proxima amplitudine malus propriè dicta, vulgatior & notior & in plures species divisa quàm ut diutiùs huic loco immorandum sit. Prima laus Curtipendula ad nobilem Alkermes confectionem. Math: 1. 131. Dod. 6. 3. 1. Malus. Jablon.

Pyrus malo prædicto congener est à turbinata sive pyramidali fructus figura in acumen tendente, ignis similitudine, cognominata, quanquam per librarii usu obtinuerit. Math: 1 132. Dod. 6. 3. 9. Pyrus. hrusska.

Magna huius differentia. Inter sylvestria habetur primùm Mespilus, plane sylvestris Pyri figura, sed folio longior atq; angustior, Pomo pusillo, supernè aliquot divisuris foliosis redimito. Math. 1. 133. Dod. 6. 3. 10. Deinde alia lacinioso & secto folio eoq; singulari aut composito: singulari parti spinosa, ut uva Mespil. Nyspule. Chesta. Vva crispa. Chlupaté

Jahodky. ut uva crispa, vitis precia Plinij Math. 1. 105. Dod. 6. 1. 8. & Oxyacantha. Dod. 6. 1. 11. *Eiq́; simillima Mespilus Aronia. Math:* 1. 133. Dod. 6. 3. 10. *partim sine spinis, Duorum generum, quædam fronde contractiore, quædam latiore. Contractiore, ribes, & morus.*

Mespil⁹ Aronia. Nyſſpule wlaſká.

Ribes. Wjno S. Jana.

Ribes locis sylvosis oritur, iam & hortis frequens, ramo lento ac flexibili, folio lato, crenato, ut bryonia, fructu baca vinosa, ex quo ab Arabibus, qui succum Rob vocant, nomen. Math: 1. 105. Dod. 6. 1. 9.

Morus. Moruſſe.

Morus fructum fert ex pluribus acinulis compositum nigrum cùm maturuit. Unde Morum aliqui appellatam existimant. Μαῦρον enim Græci nigrum vocant. Veriùs alij à mora, quoniam postrema arborum floret, neq́; se lædi hyemis frigore patitur, ob id antiquis sapiens appellata. Math. 1. 143. Dod. 6. 3. 1. 8.

Piper lõgum. Pepř dlauhý.

Piper quoq́; longum proditur nasci in arbore, cui frons mori, mori etiam quasi acinuli compacti in racemulis oblongis. Qua facie etiamnum passim prostat.

Ficus. Fjk.

Moro affinis est naturâ ficus à Græco συκῆ *sive* συκέα appellata. Quare veteres Latini sycon unde & sycophanta vocabãt. Frons ei glauca, mori præsertim albæ similis. fætus tristis sine flore ejusdem nominis & quod miremur dulcis, cum amara sit ipsa. Causam reddit Plutarchus, Nimirum ut jecur unum in locum secreta bile dulcescit, ita ficum amarescere absumpta omni in fructum pingvedine & dulcedine. Adhæret caudici sine pediculo. Grossus autem propriè est ficus immaturus, sicut carica seu ficus passus, maturus & resiccatus. Math: 1. 145. Dod. 6. 5. 20.

Sycomorus. Egyptſký Fjk.

Sycomorus quasi dicas moroficus, est morus è superiore moro & ficu composita & media quadam & interjecta inter morũ & ficum constitutione. Math. 1. 145. Dod. 6. 3. 09.

Sorb. torminalis. Břekyně. Acer. Břek. Platan⁹. Jawor.

Piri sylvestris natura, fronde singulari latiore sũt sorbus torminalis. D. 6. 3. 12. *& Acer folio lacinioso* acutangulo unde & nomẽ. Dod. 6. 4. 19. *eiq́; cõgener platanus,* frondis amplitudinem nomine testata, Fructus ei baca echinata pendula, semen tomento leni & subrufo intertexto includens: Ex ea sale & aqua macerata oleum fieri traditur, similitudine quadam oleæ. Eâdem natura

propor-

proportione Xerxis adventu platanus in oleam mutata fuerit, quod Plin: lib: 17 cap. 25. inter ostenta tradit. Math. 1. 91. Dod. 6. 4. 20.

Verùm ex eodem numero, fronde composita & alata sunt sorbus sylvestris & sativa. Math: 136. Dod. 6. 3. 12. Quarum generis est & fraxinus in fragosis nascens, duplex: Humilior, ornus propriè tanquam ὀρεινὴ *hoc est mõtosa, aliquib⁹ sorbus sylvestris alpina. Dod. 6. 4. 3. Et major ac procerior, cujus semen lingulas avium imitatur, inde officinis avis lingua. Math. 1. 12. Dod. 6. 4. 12.*

Sorbus sylvestris. Ahlsbiesy. Sorbus. Wosslerusse. Ornus. Habr. Fraxinus. Gesen.

Rhus quoq; coriaria sorbum vulgarem folio præsertim adeò refert, ut vix discrimen appareat: Fatus acinulus coccineus racemosus, qui arbori fecit nomen. ῥοῦς *enim* ἐρυθρὸ *interpretantur. Math. 1. 124. Dod. 6. 2. 18.*

Rhus. Sumach.

Quercus historia & genera, cap: XXI.

De Roboreo carnosiore et latifolio humiliori genere satis multa diximus: Contexenda huic quercus natura sic dicta quod gravis sit, & in miram amplitudinem, aut folio latiore & numerosiore crescat. Querquerũ enim veteres grave & magnũ dicebant, propter quod & febrem frigidã cum tremore querquerã appellabant. Partus plantarum nusquam spectatior est, quàm in hoc genere isq; multiformis & varius. Namq; fert & iulos squammaceòsq; racemulos, & grana quædam rotunda, rubella, qualia præcipuè Ilicis & alicubi quercùs trunco, folijsq; medijs adhærent, & gallas & folliculos & alia complura.

Species primæ duæ: Alia minor, resinifera & tota exotica: Alia major.

Minor & resinifera similis quadantenus ilici, fronde alata, est lentiscus, aut terebinthus.

Lentisci nomen è foliorum lentore & Græco σχῖνον *quasi* σχίσον *id est fissile, compositum est. Mastiche autem privatim est eius resina arida. Math: 1. 75. Dod. 6. 5. 20.*

Lentisc⁹. Lentisstus. Mastiche. Mastyx.

Haud procul abesse videatur et Balsamus, ut cujus omnium penè partium vicem optimè impleat lentiscus, nisi quòd omnibus ode-

Balsam⁹. Balsam.

bus odore præferatur. Præditur aspectu deformis cineritij coloris, flore pusilli jasmini, humilis frutex.

Thus. Zkadidlo. *Nec thuris quæ sit facies satis constat, nisi quòd* tradatur situs exotici Arabia, folio lentisci, arboris pusilla figura. Thus autem propriè est ejus lacryma præcipuè ad sacrificia usus, & inde nomen. Θύειν enim adolere & rem divinam facere est. Simile quiddam in picea inveniri Plinius quoq; tradit his verbis: Picea plurimam resinam fundit interveniēte candida gēma tàm simili thuri, ut mixta discerni non queat. Ac gentes quasdam, ut Pyrenæos & Vibiscos ac Medulos lacryma picea thuris vice ad suffitus uti Scaliger autor est. Hinc aliqui thus piceæ speciē fecerē.

Terebinthus. Terebinth. *Lentisco jungitur genere Terebinthus, à bacula sive acino rubicundo* ἐρέβινθος id est ciceri quadantenus concolori; racemosáq; appellata. Math. 1. 76. Dod. 6. 2. 19

Pistachia. Pistacya. *Pistachia autem terebinthi species est Theophrasto terebinthus Indica, fert pistaceam nuculam, picea strobylum imitātem unde & nomina, extima membranula & cortice avellanæ, esculentam ut pineæ. Math: 1. 140. Dod. 6. 3. 25.*

Staphylodendros. Klokočka *Eodem pertinet staphylodendros, quibusdam sylvestris pistachia. Math: 1. 140. Dod. 6. 3 26.*

Et hactenus glandiferi generis precia, vulgatius & majus ac latius restat. Differentia & huius prima duplex: solidior, & mollior ac min⁹ cōpacta. Solidioris & densioris materia est Ilex aut quercus.

Ilex. *Ilicis foliū minus & nitidius, neq; adeò laciniosum, perpetuum, glans item quernâ minor. Estq; duplex: Ilex coccifera, & arborea.*

Ilex coccifera. Ssarlat. Coccus. Ssarlatowé zrnko. *Ilex coccifera Dioscoridi* κόκκος βαφική, *Latinis coccus infectoria*: minor est, situs glareosi, sterilis, montosi inter alias ilices terebinthos & lentiscos, exotici Italiæ & aliarum regionum. Fructus autem ejus est coccum seu granum rubens. De quo & Pausanias in Phocicis meminit his verbis: Fructus cocci similis solani, magnitudine orobi. Nascitur autem in cocco exiguum animalculū, quod statim ac in aerem fructu iam maturo emissum est volat, ita ut culici simile videatur: sed priusquam nascatur, fructum cocci colligunt, & animaculi sanguine lanas tingunt. Dodon: 6. 4. 4.

Ilici

Ilici coccifera persimile est agrifolium, sive a- Agrifo-
quifolium. Natale quidem solum ilicis, atq; adeò aestuosa odit, neq; glan- lium.
diferum est. Math: 1. 104. Dod. 6. 1. 20.

Ilex arbor aut arborea, procerior est, Graecis Ilex ar-
πρίνος *propter ligni duritiem serra secandi. Math. 1. 121. Dod. 6. 4. 5.* bor.

Eodem pertinet Phellus sive suber φλοιός *à cortice* Suber.
dicta, quia semper altipetus neq; undis mergitur, quo excepto, faciem ilicis
habet, folium & glandem rotundiorem. Dod. 6. 4. 6.

Et de ilice haec: Quercus folio ampliore & sinu- Robur.
osiore ac profundiùs diviso, alia est propriè appellata Graecis δρῦς παρὰ τοῦ Neytwre
δρύειν *id ẽ à pullulãdo, praeter caetera gallas ferẽs: duorum generum,* Dssig Duß.
robur, sylvestris quercus, à plurimis rubri coloris Quercus
venis nomen sortita, & mitior. Math: 1. 121. Dod. 6. 41. Duß.

Alia quercus Aegilops sive praecelsa, cerris Plinij Quercus aegilops.
pragrandi tristi ac echinata glande. Dod. 6. 4. 8.

Restat inter quercina majora mollius genus ac
minus cõpactum, duplex, faginum quasi sylvestrius,
& tiliaceum imbecillima materia.

Faginum item duplex: Fagus et juglandinũ. Fa- Fagus.
gus vulgaris plãta, glãde pusilla triquetra esculenta. Buk.
Qua de causa παρὰ τὸ φάγειν *appellant. Math. 1. 121. Dod. 6. 4. 11.*

Castaneae huic non absurdè succedat historia, lon- Casta-
giori cannabina fronde, glande pragrandi, stylis muricata & echinata. nea.
Math: 1. 122. Dodon: 6. 3. 22. Kesstan.

Fago consimili natura sunt & Iuglandis gene-
ris, siliqua, & cancamum, juglansq; ipsa.

Siliquae ligni materia gravis, foris buxea solida, Siliqua.
intus nigra, ut guaiaci, frons juglandina similis, fatus siliqua, granis adeò
sui similibus, ut exemta atq; permista non nisi à peritißimis internoscantur
Genera duo: Siliqua ceratia, & Caßia purgatrix.

Siliquae Ceratiae fructus pressus est, & in cornu Siliqua
Ec morem ceratia.

Sv. Jana chleb. morē falcat⁹, unde & ceratia seu cornuta dicitur, tenuissima cute ac p endēū carne ipsa confusa. Actuarij & vulgi Carobe sive carobia. Dod. 6. 2. 29.

Cassia solutiva. Cassya fistula. *Siliqua aut cassia purgatrix, Arabum carobiæ* similis & congener, siliquam fert longiorem atq; teretiorem, absistitq; à pulpâ cortex. semina certis inclusa contignationibus: Dod. 6. 250.

Cancamum. *Arbor Cancami simillima est juglandi nostræ.* Cancamum autem est, quâ utimur lacca: Arabicum nomen qui lacbi chānum vocant.

Iuglans. Wlasky woiech. *Juglandis ipsius folium prægrande, neruosum,* nux amplissima. Quanquam enim universitate pineâ minor sit, nuclei tamen proportione multò est amplior. Ideò non nulli à juvando dictam putant, Alij quasi Iovis glandem. Eadem causâ per excellentiā nux appellatur.

*Verum à faginis ad tiliacea, & imbecillima ma*terie transeamus. Has enim restant de quercino majori & molliori genere. *Multa hæc quoq; & multigena ac primùm lenta aut fragilia. Lenta duo, tilia ipsa, aut betula.*

Tilia. Lipa. *Tilia à Græcis nomen habet: qui phylyram ap*pellant, quia in tenues assulas discerpitur: Major est, fætu per initia amēto juglandis, aut coryli. Math. 1. 108. Dod. 6. 4. 16.

Vlmus. Gilm. *Ejus generi adscribenda ulmus, atq; carpinus. Vlmus exilior est. In folio summa parte folliculi* gignuntur vermibus volucellis & fuligine referti, salivaris liquore aut limo manantes. Math: 1. 95. Dod. 6. 4. 15.

Carpin⁹. *Carpinus est ulmi species major, fructu follicu*loso, composito. Math: 1. 95. Dod: 6. 4. 19.

Betula. Brjza. *Betula ut virgis infesta, sic vel pueris non igno*ta, gracilibus rectis & flexilibus ramis, coryli nucamento, sic dicta à betendo, quòd facilè crescat, locis etiam sterilibus, quæ ne herbam quidem producant. Math: 1. 93. Dod: 6. 4. 18.

Populus. Topol. *Betulæ conjūcta est populus, sed nigrior et ramosi*or. Hac de causa a frondiū multitudine (παρὰ τῶν πλειόνων) ut quibusdā placet, dicta: cujus species quæ nigra appellatur fert acinulos, piperis rotūditate in pediculis oblongis racematim hærentes. Math: 1. 93. Dodon: 6. 4. 14.

Tilia-

Tiliaceorum fragilium genera item duo, alnus & corylus.

Alnus usu infectorio notißima est, cortice rufescente, qui maximè in usu, situs aquatici. Dod. 6. 4. 17. Alnus. Wolffe.

Est & alnus nigra, cortice nigro, maculoso, fragili virgulto, unde aliqui frangulam vocant, folio alni fructu grano piperis simili. Dod: 6. 2. 25. Frāgula. Krussina.

Corylus alno simillima est, sed paulò latiori ac crassiori fronde. Flos ei catulus, sive julus, pendulus hyeme, Nux ipsa propriè avellana, quam antea Abellinam patrio nomine vocabant, ab Abellino Campania oppido, ubi plurima. Eadem & Pranestina dicitur, quod Pranestinis copiosa, & Pontica quia in Asiam Graciamq́ primò è Ponto venit. Dod: 6. 3. 24. Corylus. Lýsta. Avellana

Et jam peracta plantarū historia, varietas hac terra nascentium decem generibus comprahensa, muscoso, barundinaceo, leguminoso, solidiore aphyllanthe, phyllanthio papaveraceo sarmentitio & roboreo, in admirationem industria ne dicam an benignitatis sacra illius rerum omnium parentis animum agit, tot colorum, odorum, saporum, & caterarum partium tàm discreta formâ & effigie, & cùm sint millia specierum, singulas tamen voluptatis aut salutis animantium causa infinitis penè locis disponi, ut ne remotißima quidem orbis partes, horridiorq́ rerum natura facies, plantis careat, frequententurq́ etiam solitudines ipsa, sed ad singula illius artificiosa sensei atq ordinis miraculis occursantibus. Qua nos exquirere observare & persequi non minus deceat, quàm ipsam naturam quotidie ostendere, & in ea multitudine tantùm quémq scire, quantùm ordinis ejus sit consecutus putare.

Nunc ad usum exercitiúmq Herbaria convertemur.





METHODI HERBARIAE LIBER III. DE EXERCITIO EIVS.

Analysis Herbariæ.

DE Herbariæ doctrina abundè dictum videri potest: Verùm ut pariter omnia facultatis hujus plantandi, quæ uspiam occurrerint, præcepta attingamus, & velut ad fontes digitum intendamus, libet & exercendi addere peculiares quasdam in eo genere admonitiones, quia ad absolutum perfectúmq; habitum Herbariæ exempla & singularia plantarum adhuc restant, quorum proprij sunt sensus & exercitatio, quæ, quam habeat vim & utilitatem non facilè est cuiquam cogitatione, ne dum verbis complecti. Vt enim Dialectica facultas ratiocinatione, Geometriæ mensione, ita Physica, rerum (ut ita dixerim) naturatione & ipso opere perficitur ac absolvitur. Quod manifestum faciunt superiorum ætatum exempla, quibus non natura aut ingenium, neq; doctrinæ eruditio defuit, sed exercitatio neglecta sæpiùs tantam quasi noctem offudit Herbariæ, ut omnino orba iaceret, & plantæ ad salutis usum, cujus potißimum causa hæc ars et nata & inventa est, antiquitùs longo tempore adhiberi solitæ & literis mandatæ, ne quidem

int elli-

intelligerentur, ſed promiſcuè aliæ pro alijs magno vitæ detrimento caperentur. De priſco ſeculo conqueritur Plin: lib: 26. cap: 2. *Herophile nimirùm ſubtilioris ſectæ conditore, ſedere in ejus ſcholis auditioni operatos, gratiùs fuiſſe, quàm ire per ſolitudines, & quærere herbas alias alijs diebus anni.*

Superiori verò ætate, poſt Gothica bella, vaſtatâq; armis Græciam & Italiam, poſteaquam medici artis ſciētia ſibi reſervatâ, operas ad ſervos rejeciſſent, tanta ignorantia plantarum extitit, ut vix paucæ ſpecies conſtarent, reliquæ in nocte denſiſsima laterent, uſq; ad noſtra tempora, quibus Herbariam revocarunt in lucem, Hermolaus Barbarus. Nicolaus Leonicenus, Ioannes Manardus, Ioannes Ruellius, Fuchſius, Mathiolus, Dodonæus, Pena, & alij quos autores hìc ſecuti ſumus. Vſus igitur efficaciſsimus rerum omnium magiſter, peculiariter utiq; naturæ, ocioſam animi contemplationem, in actum deducet, ſopitos & languentes ſenſus excitabit, motúq; plantantis ſpiritus animabit, & adumbratam plantarū naturam vivis exemplis exprimet, & abſolvet, Idq; in omnibus Ætiologiæ partibus, natura & uſu, eſſentia, ſitu, & reliquo corpore, fætu, ſpecie, figura, ſocietate plantarum inter ipſas: per ſingula Hiſtoriæ genera fungos, muſcos, arundinacea, leguminoſa, filices, ferulacea, intubacea, acanacea, plantaginea, gnaphalia, mentacea, papaveracea, volubilia, roborea. Neq; obſtabit huic exercitio vulgaris error præcipientium omnem naturæ doctrinam contemplativam

tivam

tivam esse, quâ quidem voce nulla non modo alienior à naturâ, sed ne quidẽ studijs nocẽtior afferri potest. Nam cùm reliquæ disciplinæ præceptis constent, quorum est contemplatio, & præceptorum exemplis ac rebus singularibus, quarum proprius est usus, seu praxis & exercitatio: naturæ maximæ difficillimæq; dicere nullam exercitationem esse, nimis est naturæ non modo resistentis, sed etiã repugnantis adversantisq;. Atq; adeò ipsorum exemplorum resolutio & contemplatio, operatio quædam est, ut mox apparebit.

Est igitur via Herbariæ exercendæ duplex: ut omnium artium, Analysis, & Genesis.

Analysis retexta quædam Herbaria erit, ejusq; plantationis, quæ facta est. De qua Gal: ingeniosus naturæ interpres, et autor valde bonus, lib. 3. de med. comp. sec. genera præcipit his verbis.

Hinc puto bonæ indolis juvenes incitatũ iri, ut medicamentorum materiam cognoscant ipsimet inspicientes, non semel aut bis, sed frequenter, quoniam sensibilium rerum cognitio sedula inspectione perficitur, cujus rei evidentissimum est indicium quòd gemini per omnia nobis similes esse videantur, differentes autem ijs qui ipsos inspicere consueverunt. *Et de simp. med. fac. Exercitio tantum tribuit, ut doctrinam abdicet.* *Equidem (inquit) non possem non accusare & illos qui primi herbarum formas scriptis docere conati sunt, cùm meliùs existimem ab ipso præceptore oculis discere, ac non adsimilari ijs, qui ex libris prodeunt gubernatoribus. Nam sic & verior, & manifestior esset doctrina, non herbarum modo & fruticum, arborúmq; sed & aliorum omnium medicaminũ.* *Ergò in Analysi propositum exemplum ad omnes doctrinæ partes accomodabimus, et à primis initijs, atq; ut dicitur à capite arcessemus, subinde ad proximas*

quasq;

quasq; species procedentes, cò facilius quò pauciores sunt. Quarũ quidẽ utrius sit in medio positũ exẽplũ, non modo si bi cõsentientis definitio, sed et alterius cõtrarietas et repugnãtia docebũt. Quod si ne sic quidẽ Analysis exercitium procedat, proximum erit à præceptore primùm in unum quodq; præceptum velut manu induci, neq; uspiam communicationis scientiæ major ut utilitas, ita ne dignitas quidẽ est, quã in natura, turpißimáq; causa plãtarum inscitiæ, ut verbis Plinij utar, quòd eas qui sciunt demonstrare nolunt, tanquam ipsis periturum sit, quod tradiderint alijs. Plinius confitetur sibi exceptis admodum paucis contigisse reliquas contemplari scientiâ Antonij Castoris, cui sũma autoritas erat in ea arte suo ævo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat. Hac igitur ratione per omnes partes Ætiologia cõprehensas feremur. In parte consimili primùm naturalem motum miſtionis elementorum cum sua materia & alimentis considerabimus, túm ipsum corpus visu, odoratu, tactu, gustu, explorabimus, idq; per singulas ætates, quibus faciem mutat, omniáq; effectionis genera, productionem, auctionem, nutritionem, omniq; studio considerabimus, quemadmodum ad sua quæq; præcepta exẽpla plantarũ congruãt, et penitus ne ideam præceptis præmonstratam absolvant & exprimant. Eandem diligentiam in omni condißimilis partis genere, tàm essentiali viscere, medulla, carne

carne, cortice, situ, quàm fronde adhibebimus. In situ quidem exotico plantarum contemplando vel maxima opera ponenda est, propter crebras fraudes exotica apportantium & adulterandi facultatem, neq; molestum videatur vel peregrinationibus in suam cujúsq; plantæ patriam susceptis quæ indubitationem veniant explorare, exemplo Galeni, qui nullis laboribus nullis difficultatibus neq; periculis deterreri potuit, quin in Lemnum, Cyprum, Syriam & alias regiones exilio veriùs quam peregrinatione suscepta navigârit, ut legitima, ac syncera à spurijs et adulterinis medicamentis certò dignoscere posset: Præsertim si & necessitas peregrinandi sit, ut Dioscorides cum militarē vitā ageret, multis regionibus peregratis & libris sex de materia medica confectis, ad summū hujus artis fastigium pervenit. Sit itaq; verbi gratia in medio iris, de qua quæratur primùm in effectione mistionis elemētaris naturali, omnine an aliquo sydere vigeat, et quæ sunt generis ejusdē, tùm in corpore ipso, color ruffescens, odor vehemens & perquam gratus, sapor fervens et amarus & reliqua radicis, situs temperatus innitens inseparabilis vulgaris terrestris montosus inquiratur, addantur & caulis, folium, fætus, flos nimirum diversicolor foliatus, & fructus siliquæ crassæ triangulares, itemq; species spontanea simul & propagata, nec non figura herbacea, quoniam omnibus sui partibus terræ cohæ-

ret:

ret: accedat & historia generis absolutioris humilioris nervicaulis graminei acutifolij juncei lilij radicis geniculatæ. Ubi quod præpositis præceptis convenientissimum erit, id maximè naturale putabitur, maximéq; probabitur. Rectè enim Gal. tùm demum summam cuiq; plantæ commendationē, cùm proprias sui generis qualitates quàm maximè expresserit, futuram monuit. Pictura autem plantarum est hæc eadem Herbariæ Analysis ficta & quodammodo adumbrata, è qua plus esse voluptatis & delectationis, quàm utilitatis, docet & Plin. lib. 25. cap. 2. **Præter hos (inquit) Græci autores medicinæ, herbas prodiderê, quos suis locis diximus. Ex his Evax Rex Arabum qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit, Crateuas, Dionysius, Metrodorus ratione blandissima, sed qua nihil penè aliud quàm rei difficultas intelligatur. Pinxêre námq; effigies herbarum, atq; ita subscripsêre effectus. Verùm & figura fallax est & coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multùm degenerat transcribentium sors varia. Præterea parum est singulas earum ætates pingi, cùm quadripartitis varietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri sermone eas tradidêre, aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerúnq; nominibus defuncti, quoniam satis videbatur potestates vimq; demonstrare quærere volentibus.**

Hæc Plin: de pictura herbarum non minus eleganter quàm verè et copiosè, consentiente ipsa quodāmodo rerum natura, ut rationem & orationē notionibus cōmunibus, ita sensus reb. singularibus percipiēdis destinante. Neq; pictura sensibus subjicit ea quibus natura plantarum continetur, id est, neq; colores nec tactiles qualitates lævitatem, mollitiem, asperitatē, multóq; minus sapores: unas figuras quadante-

nus ante oculos cōſtituit, eáſq; obſcuriùs, et vix unius ætatis ut Plin: inquit: cùm ad plenam plantarum cognitionem, omnes qualitates omnium ætatum necessariæ ſint, quod & Dioſcorides in præfatione admonuit. Quare non qui imagines et picturas intueatur, ſed qui ipſa individua plantarum coràm experiatur, abſolutam perfectámq; cognitionem plantarum aſſequitur, & inſtitutum prædictorum autorum multò laborioſius, vel ut cùm Plinio dicam blandius quàm utilius aut laudabilius fuit. Quod multi hodiéq; adeò ſectantur & amplexantur, ut inde non minimum detrimenti vera medicamentorum probatio capiat.

Neq; ſolum virtutes Herbariæ ſed & vitia ceu quidam barbariſmi aut ſolæciſmi, in natura ſimul & uſu plantarũ retexenda et animadvertenda ſunt. Quomodo carbunculationem præviſam à Democrito, & Athenis poſtea eadem ratione à Seſtio è Romanis ſapientiæ ſectatoribus, Plin. tradit. lib. 18. cap. 28. In Syria contigit aliquando ut altiùs ſubacta terra, ſolis intruſu adeò incaluerit, ut propè ureretur. Id vitium poſtea animadverſum eſt, aratriſq; puſillis uti caſus docuit. Lapidem minutum, terram æſtuoſam & plantas protegere ne exareſcant ſuprà oſtenſum eſt: ergo præcepto huic contrarium vitiũ fuit cùm quidam cultor advena in eadẽ Syria lapides è ſegete frugali egereret, cultúq; eo deterio-

rem

rem agrum redderet. In usu verò sæpè necessitate cogente plantæ partes intempestivé decerpũtur, aut in sole & umbra & ad ignem contra quàm oporteat siccãtur. Similiter in historia plantarũ sæpenumero vitiosè aliæ species alijs, sive de industria, seu casu, et per ignorantiam permutantur, ut paronychia et trichomanes adiantho, phyllitis aspleno, acorus calamo, galanga cyperus, & item huius generis alia. Quæ omnia eò diligentiùs animadvertenda sunt, quò plus periculi vitæ, arti ignominiæ neglecta creant.

Genesis Herbariæ.

Et hactenus contenti simus Analysi: Genesis erit novi plantaturæ operis effectio. Quare ut Analysi virtutes & vitia observamus, ita Genesi virtutes imitabimur, vitia cavebimus & fugiemus. In affectione quidem mistionis elementaris internâ, quãquã ipsa natura sibi sufficiat, nec unquã obliviscatur sui, tamen alimentorũ aut venenorũ plantarum subministrandorũ aut avertendorum & nostræ quædam sunt partes. Externa verò & fortuita affectio, quâ sola quantitas & magnitudo continetur, tota nostra, & causarum externarum est. Quare naturam, artis suæ vestigijs insistentem adjuvabimus, laboranti succurremus, aut saltem ad præfixum sibi scopum contendentem, non impediemus, neq; ab opere instituto retrahemus revocabimusvé, omnia ad salutis

hominis usum eo quo par est modo vertentes, neq; solùm in singulis sed & in pluribus plantis artis præcepta sequemur, dabimúsq; operam, ut suus cuiq; locus cōstet, & oratio omnis reb. cōsonet, crimenq; falsi vitetur. In criminibus ingrati animi et hoc posuerim (inquit Plin.) quòd naturæ opera ignoramus. At quātò magis in vitio fuerit, quæ natura iustissima et optima rerū parens ad salutē hominum peperit, in fraudē perniciemq; convertere, ac privare vitam etiam alienis bonis. Neq; vel ad unam Herbariæ artem unius alicujus vitæ partis usum, vel ad multiplices usus totidē Herbariæ doctrinas afferri necesse est. Sed ut in amplissimo hoc terrarum orbe, multæ naturæ res, varia loca, dissimiles regiones, omnia tamen eodem calore & luce solis fruuntur: Ita licet Herbariæ multiplices ac varij usus existant, agricultura, topiaria, obsonatoria, medicamentaria, singula deniq; morborum genera, omnes tamen unis et ijsdem Herbariæ præceptis regentur & exercebuntur. Hinc verè cognoscemus, quæ ante abstrusissima visa sunt, maxime patere in promptuq; esse, rectéq; Galenum præmonuisse iudicabimus, sensibilium rerum cognitionem sedula inspectione perfici. Quamobrem non ab re hoc à nobis requiritur, ut ad propensionem naturalem doctrinâ sua instructam exercitium velut extremam manum addamus, ut tandem verè intelligatur naturâ & doctrinâ artis hujus initia & rudimenta, usu

verò

verò non modò utilitatem sed & plenã absolutámq; peritiam & prudentiam contineri. Et hoc modò expositâ & in ordinem redactâ Herbariâ, medicinas viré sq; plantarum per artis suæ genera exequi tempestivum erit.

FINIS.

Menda maiora hoc modo corrigantur.

Lib. 1. cap. 4. paragr: 6. pro vindeminatio lege vindemiatio,

9. pro ὁ περιπνέομενος καὶ ἐλώεμος *lege* εὐλώεμος.

22. para: 8. in ipso pomo, mali quodam in genere &c. lege, in ipso pomo mali, quodam in genere.

23. para: 2. cum spectatißimè florentibus, lege, spectatißimis florum.

Lib. 2. cap. 2. parag: 11. pro edulem fungum, lege fulvum, & ad marginem pro Hrnzec/Rnzec.

cap. 4. de lolio pro itémq;, lege, idémq;.

In tritico prop: dicto, pro, uno proventu centena & quinquaginta, lege, centena & quinquagena.

In arundine parag: 1. species ei miliacea, lege, facies ei miliacea.

In spargano, manum sauciant, lege, sauciante.

De galanga, efficia, pro, efficacia &c.

Paragrapho de croco, facies paginæ transpone, & posteriorem priore loco lege. Itemq; initiò pro simillimus huic hyacynthus, repone, simillimus huic narcissus &c.

Trifoliũ Hepaticum. Jaternjk trogilistý

In trifolio inter lotos ad Oxyn Plinianam appone Hepaticum seu Trinitatis trifolium, oxei congener, sed sine aciditate & majus. Math: 3. 06. Dod. 4. 424.

De faba, neq; nominari, lege, neq; nominare &c.

Cistus. Cystus.

Cap. 10. Rosmarino & spicæ connectatur cistus sive cisthus, quem Græci vicino cisso seu hederæ vocabulo, quasi hederaceum à folio circinnato atq; rotundo, appellant. Itemq; λῆδον παρὰ τὸ λῆδον, *quia folium habet scabrum panno raro & detrito simile. Math: lib. 1. cap. 9. Dod. 2. 1. 29. & 30.*

Cap. 12. pro raphanacei generis bifariã divisi, in raphanum et rapum, lege, in raphanum & napum &c.

Cap. 20 succedit rhamno cerasus, lege succedit rubo &c.

Lib. 4. Atq; adeò ipsorũ exemplor. lege atq; adeò ipsa exemplor.

Item lib. 1. cap. 22. parag: 4. pro mordacitus mordacitas.

Parag: 7. pro Myrtho myrto, pro staphysagria staphisagria &c.

Lib. 2. cap. 4. parag: 15. satietas, pro sacietas, prætereuntium, pro prætcrientium, & similia &c.

IN INSIGNIA ADAmi Zaluzanij à Zaluzan, Med: D.



QVadrupedis placidum ingenium, præstantia formæ,
Longum ævum, medicis usibus ossa sacra
Pectora, parta docent studijs, ornata, nitorem,
Et sine fine decus, vimque in Averna freta.
Collatos atavis olim Virtutis honores
Exprimis Ingenio quàm benè Adame tuo?

Nicolaus Clattovinus.